

D. BERNARDUS Qualicumque avunculum defunctum post aliquot dies noscitur. Sciscitatur, quomodo in statu sit? respondit avunculus, in prospero. Quare iterum Bernardus, quid causa fuerit, ut in agone infirmeret, & corpore terribiliter moveretur? Eadem (ait ille) hora duo nequam spiritus me in puteum profundissimum precipitare nitentur, unde ita contremui, verum accurrens B. Petrus, evasi. *Auſor. vit. & D. Bernar. l. i. c. 10.*

S. ELIZABETH Comes illustis, sed vir sanctissimus, & qui cum uxore nobili perpetuam virginatatem coluit, in mortis articulo positus jubebat sibi Christi Domini passionem legi, lingua ejus à divinis non cessabat laudibus, crebro repetens illum versum: Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Sumptus autem Domini sacramento, cum sacro oleo ungeretur, & versum illum dicerent: Per Crucem, & passionem tuam, libera cum, Domine: Ipse eundem tertio repetivit, & addidit: hæc est spes mea, in hac volo mori. Ad extremum jam in agone positus, vultum præ se tulit valde terribilem, unde colligi liceret, cum in magno versari labore ob quadam illi objecta: atque sub ejusmodi conflictu exclamavit: Magna est demonum vis, sed eam penitus enervarunt virtus, & merita sacrosanctæ incarnationis, & passionis Jesu Christi. Et post paululum rursus exclamans: Planè, inquit, voci. Post aliquantulum temporis spatium cum ingenti clamore dixit: Totum me divino judicio committo. Atque his dictis, reparatus esse vultus ejus, & quodam robore, atque splendore, multaque elegantia perfusus, atque ita reddidit spiritum. *In vita ejus, c. 33. apud Surium 27. Septemb.*

S. SIMON dictus Salus, quia sub stulti specie sanctissime vixit, jam hora mortis appropinquante, sic unicum, quem habebat amicum, suæ sanctitatis consciunt Joannem Diaconum alloquitur: Totis viribus curam gere animæ tuæ, ut possis transmittere absque ulla tempestate principes tenebrarum harum: Scit enim Dominus me magno vexari metu, & sollicitudine, donec ab eorum savitia fuero liberatus: hic est enim dies malus, de quo dicebat Apostolus: quoniam dies mali sunt. Quamobrem rogo te, fili, omni studio esto misericors: misericordia enim tunc plus juvabit, quam cæteræ virtutes: dicit enim Psalmista Beatus, qui intelligit peccatum egenum, & pauperem, in die mala liberavit eum Dominus. *Leontius in vita ejus, c. 44. Metaphr. & Sur. l. i. Julii.*

Quidam per tres horas in uno stans loco, oculos sursum in cælum fixos habebat, interim gemitibus, & voce querula suam deplorans miseriam. Quem cum discipuli ejus interrogarent, quidnam animum ejus sollicitum haberet? Respondit: Mortem herocæ. Quem consolantur discipuli, vitam enim memoriam revocabant, quam egisset sanctissimam, & quanto cum fervore mandata Dei usque esset executus. Ad quæ ille: Verè dico vobis, quod mortem horream. Sedulo quidem, ut dicitis, iuxta divini verbi regulam vitam, & motes composui, attamen à tali metu animum liberare nequeo. Scio enim judicia Dei longè alia esse, quam sine judicio hominum. Hic in suis meditationibus eo progressus est, ut cognoverit urgentem mortis hora judicium Dei adeo esse acre, severum, & grave, ut omnia nostra opera coram eo nequaquam subsistere possint, nec in eis ulla salutis nobis se offerat. *In vita ejus Patrum.*

**\* MORTIS MEMORIA MEDITATIO,**  
ET AD EAM PREPARATIO.  
Carè tibi sit ex hac vita migratio, dicebat Diogenes. Cura autem erit sic mori meditari: hoc est, si adhuc vivens animam à corpore separaveris. Hoc enim mihi videtur Socrates appellasse, siquidem meditatio mortis res difficillima est. Philosophare, & considera, quid tibi & natura, & lege magis est considerandum: In hoc duntaxat anima à corpore separatur, in reliquis rebus minime: sed cum videt, & audit, olfacit, gustat, adest corpus, quasi eodem capite utrumque penderet. Cum igitur mortem non meditatur, molestior vitæ suis expectandus nobis est. Anima namque quasi deliciis quibusdam amicis, merore afficitur, & summa cum molestia vita cedit. *In epist. ad Monachum.*

**EXEMPLA, ET MONITA S. SCRIPTURÆ.**  
Job omnia vincens patientia, nullis fractus est ærumnis, nulla collapsus advertebat, ut qui non ignoraret, brevi huius expeditum iri, eo quod diu hic vivere non posset, & deinceps multo beatus, perenniſſe vivere speraret: Breves, inquit, dies hominis sunt. Et: Expecto donec veniat immutatio mea. Domine, vocabis me, & ego respondebo tibi, operi manu tuarum porriges dexteram. Et iterum: Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi superest sepulchrum: Dies mei tranſierunt, & cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: & rursus voluit tenebras spero lucem. Denique ait: Scio quia mortis trades me, ubi constituta est domus omni viventium. Hæc & talia assidue secum cogitans, cum omnia corporis bona amisisset, animi non amisit.  
Et B. Prophetæ DAVID identidem reminiscens se esse mortalem, ut morti paratior occurreret, diem quoque quo moriturus esset, nosse optavit, Deumque deprecatus est, dicens: Notum fac mihi, Domine, finem meum: Et numerum dierum meorum, qui est, ut sciam, quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, substantia mea tanquam nihilum ante te. Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens: Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Sub hæc omnem spem suam in Deo collocans, ac firmans, concinno ait: Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea tanquam nihilum apud te est. Itaque ista mente revolvens, ne inimicorum quidem injurias ad injustitiam potuit conerari.  
Dum eadem considerat sapientiæ antistes Salomon, *Eccl. i. c. 1.* vociferatur, & ait: vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et iterum: Vidi cuncta, quæ sunt sub sole, & ecce universa vanitas, & afflictio spiritus, & Ritus reputavi errorem, & gaudium dixi, qui frustra deciperis? & Nihil permanet sub Sole, & Omnia tempus habent, & suis spatibus tranſeunt universa sub cælo. Desinare autem volens, quid esset in vita optimum: Et cognovi, inquit, quod non esset melius, nisi latari, facere bene in vita sua. Omnis enim homo, qui comedit, & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. Ad hæc peccatorem sollicitè exhortans: Quodcumque facere poterit, inquit, manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Ac ne aliquid esse poteris in die vivere: Si annis multis, inquit, vixerit homo, & in omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguuntur præterita.  
Horum meditatione & Elias Prophetæ jam vita defuncti optabat, dicens: Sufficit mihi, Domine, tolle animum meum. *3. Reg. 19.* Neque enim melior sum, quam patres mei. Sic & David: Mei mihi, quæ incolatus meus prolongatus est. Et Jonas: Domine, tolle quoque animum meam à me, quia melior est mihi mors, quam vita. Ex quo patet, quam hic premium miseris, cum etiam illi, quibus non nisi ad inferos descenderat, hinc decedere tanto pre concupierunt. Cui sanè argumentum Job sententia affipulari dicitur: Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur mistic miseris. Qui quasi flos egreditur, & coneritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.  
Hoc idem vidit, & Jesus ille in V. Testamento Sirach filius, qui in Ecclesiastico suo admonendo nos, ita ait c. 14. Memor esto quoniam mors non tardat. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrige de pauperi. Ante obitum tuum operare justitiam, quoniam non est apud inferos inventirecium. Omnis caro sicut fœnum veterat. Quam ergo graviter agendum est, ut quotidie lucriferas aliquid faciamus, incerti, quando rationem negotiationis nostræ reddere cogemur, & certè, quod longè abesse non possit. Unde & Ecclesiastes c. 12. Memento, inquit, Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & propinquet anni, de quibus dicas, non mihi placeat. Rursusque Jesus, c. 28. Memento novissimum, & desine inimicitia. Nihil quippe ita iracundiam nostram frangat, atque emollet, ut istæ recordatio.

paratus sum. Vigilare, inquit, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Si ciret paterfamilias, qua hora sur venturus esset, vigilaret utique, & non inſeret perſodum domum suam: ideoque & vos estote parati, quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, inveniet sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona fac constituet eum. Vigilare ergo, nescitis enim, quando dominus domus veniat, serò, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum venitis repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Id brevius in Matthæo scriptum est c. 13. Vigilare, quia nescitis diem, neque horam. Sic ergo hodie vivamus, tanquam cras morituri.

Siquidem & B. Jacobus Apostolus vitæ hujus conditionem animo metuit: Quid est, inquit, c. 4. vitæ vestra? Vapor est ad modicum parens. Eleganter cum vapor comparat, in quo & sanus, & calor est. Per calorem libidinis incentive, per fumum humanæ gloriæ vanitas designatur. Utraque fluxum, atque fragile, & ideo ad modicum parens, sed in æternum crucians. Quamobrem Angelus in Apocalypsi clamat: Esto vigilans, & comminatur, si non vigilaveris, veniat ad te tanquam fur, & nescies, qua hora veniam ad te. Et iterum: Ecce venio, inquit, sicut fur. Quoniam autem, qui graviter excubat, non lupulatur, subiungit, dicens: Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videatur turpitudinem ejus. *1. Thimo. 6. c. 10. 2. Thimo. 2. c. 13.*

**HISTORICÆ.**  
Igitur ne quando vigiliam hanc alio oblivioni dormitione immitteret Johannes Eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus, dum sibi edificaret sepulchrum, imperfectum relinquit. Porro mihi sitis sanctorum, ne ulla die præteriret, se de illo perficere inſperavit. Itaque nonnunquam ab eo mortis memoria recedens, sic sibi inſtituit, ut morte multo beator factus viret, quod si semper hic viveret, & omnibus affluere vitæ hujus voluptatibus, omnibusque deliciis. Terra enim cælestibus conferti non possunt, etiam si æterna essent. *Leontius in vit. PP. apud Sur. 23. Januar.*

MACHABEO Alexandrino per ærumnam aliquando pergenti (ut ante diximus) nocte superveniente cum somnum capere vellet, sepulchrum, in quam sorte incidit, lectus fuit, nec dormiens intra illa, quæ jacendo præſert, cadaverum ossa perſtrepens vocibus terribis loco cessit, quia iugis futurorum commemoratio, & mortis fecerat intrepidum, & demortuum contemptorem. *Ruff. in vit. PP.*

PHILOMORTEM quoque Galatam Presbyterum tradit Heracles, annos sex in sepulchris habitasse mortuorum, ut semper meminisse posset, se mundo mortuum, & vivere Christo. *Pallad. Hist. 113.*

Nec Apollon Abbas (ut Cassianus refert) oblitus est mundo se mortuum esse, tamen non ita procul à necessariis suis posito tuguriolo habitavit. Nam cum à fratre seculari evocaret, ut sibi auxilio veniret, quod ipse bovem, qui pedibus alto cæno immerſis hæret, evellere solus non posset, & nisi protinus evelleret, ibidem eum amissurus erat: Cur inquit, alterius fratris dumtaxat tibi proximior em preceſſis huc me rogatum venisti? Cumque ille responderet, annos jam quindecim esse ex quo alter frater diem suum obisset. Et mihi, inquit, viginti jam anni sunt, ex quo mortuus mundo sum, tantum autem temporis exegerat in religione. Itaque nihil mundanum ad se pertinere arbitrat, egressi de loco noluit, ne rogatus quidem, & rogatus à fratre, atque in tam præſenti talis iacturæ ejus periculo. Quia ergo, qui jam morte mortuus esset, semper eam in mente habuit, & immaculatam se ab hoc seculo custodivit. *Cassian. coll. 24. cap. 9.*

Mortem quotidie meditando, & ea, quæ mortem secutura sunt, in tantum quidam profecerunt non modo non horrent illum, sed etiam appetere. Nam ut de Paulo tacemus, qui dissolvi cupiebat, & esse cum Christo, Syllanus Episcopus Nazarethanus, cum ei D. Hieronymus in visu apparuisset, & si quid à Deo vellet, interrogasset. Velle se ex hac vita migrare dixit, & subsecutus est. Pergant nunc nimis anxii vitæ suæ amatores, medicamentis sustentare sanitatem, morbos depellere, & brevissimi temporis spatium totis redimere patrimoniis: inventi sunt Dei servi, qui mori optarent, ut in æternum vivere citius inciperent. *Aug. Epist. 206. cap. 5.*

Nam & Columbanus Monachus Columbanus Abbatis discipulus, cum fere graviter æstuarer, & ei vic apparuisset dicens preces, & lacrymas Abbati ipsi oblatæ ne mori posset: continuo rogavit Abbatem, ut ab oratione cessando permitteret se de corporis carcere, quam primum edici, eo quod ad

paratus sum. Vigilare, inquit, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Si ciret paterfamilias, qua hora sur venturus esset, vigilaret utique, & non inſeret perſodum domum suam: ideoque & vos estote parati, quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, inveniet sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona fac constituet eum. Vigilare ergo, nescitis enim, quando dominus domus veniat, serò, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum venitis repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Id brevius in Matthæo scriptum est c. 13. Vigilare, quia nescitis diem, neque horam. Sic ergo hodie vivamus, tanquam cras morituri.

Siquidem & B. Jacobus Apostolus vitæ hujus conditionem animo metuit: Quid est, inquit, c. 4. vitæ vestra? Vapor est ad modicum parens. Eleganter cum vapor comparat, in quo & sanus, & calor est. Per calorem libidinis incentive, per fumum humanæ gloriæ vanitas designatur. Utraque fluxum, atque fragile, & ideo ad modicum parens, sed in æternum crucians. Quamobrem Angelus in Apocalypsi clamat: Esto vigilans, & comminatur, si non vigilaveris, veniat ad te tanquam fur, & nescies, qua hora veniam ad te. Et iterum: Ecce venio, inquit, sicut fur. Quoniam autem, qui graviter excubat, non lupulatur, subiungit, dicens: Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videatur turpitudinem ejus. *1. Thimo. 6. c. 10. 2. Thimo. 2. c. 13.*

**HISTORICÆ.**  
Igitur ne quando vigiliam hanc alio oblivioni dormitione immitteret Johannes Eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus, dum sibi edificaret sepulchrum, imperfectum relinquit. Porro mihi sitis sanctorum, ne ulla die præteriret, se de illo perficere inſperavit. Itaque nonnunquam ab eo mortis memoria recedens, sic sibi inſtituit, ut morte multo beator factus viret, quod si semper hic viveret, & omnibus affluere vitæ hujus voluptatibus, omnibusque deliciis. Terra enim cælestibus conferti non possunt, etiam si æterna essent. *Leontius in vit. PP. apud Sur. 23. Januar.*

MACHABEO Alexandrino per ærumnam aliquando pergenti (ut ante diximus) nocte superveniente cum somnum capere vellet, sepulchrum, in quam sorte incidit, lectus fuit, nec dormiens intra illa, quæ jacendo præſert, cadaverum ossa perſtrepens vocibus terribis loco cessit, quia iugis futurorum commemoratio, & mortis fecerat intrepidum, & demortuum contemptorem. *Ruff. in vit. PP.*

PHILOMORTEM quoque Galatam Presbyterum tradit Heracles, annos sex in sepulchris habitasse mortuorum, ut semper meminisse posset, se mundo mortuum, & vivere Christo. *Pallad. Hist. 113.*

Nec Apollon Abbas (ut Cassianus refert) oblitus est mundo se mortuum esse, tamen non ita procul à necessariis suis posito tuguriolo habitavit. Nam cum à fratre seculari evocaret, ut sibi auxilio veniret, quod ipse bovem, qui pedibus alto cæno immerſis hæret, evellere solus non posset, & nisi protinus evelleret, ibidem eum amissurus erat: Cur inquit, alterius fratris dumtaxat tibi proximior em preceſſis huc me rogatum venisti? Cumque ille responderet, annos jam quindecim esse ex quo alter frater diem suum obisset. Et mihi, inquit, viginti jam anni sunt, ex quo mortuus mundo sum, tantum autem temporis exegerat in religione. Itaque nihil mundanum ad se pertinere arbitrat, egressi de loco noluit, ne rogatus quidem, & rogatus à fratre, atque in tam præſenti talis iacturæ ejus periculo. Quia ergo, qui jam morte mortuus esset, semper eam in mente habuit, & immaculatam se ab hoc seculo custodivit. *Cassian. coll. 24. cap. 9.*

æternam beatitudinem se transferendum minime dubitaret. Statim ergo sumpto animæ viatico, relictaque carnis fabrica, & cælum petiit, quo jam diu pervenire cupierat. O verè pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Nisi enim pretiosa esset, haud ita exeretur.

Idcirco sanè, nec Hilarionem Abbatem latrones cum armis circumſistentes terere poterunt: Cùmque intrepidum permanere mirarentur, nunquid necem non timeret, interrogant? Nec non timeret, respondit, qui paratus est mori. Quis, quæſo, militum, Ducumve feculenti præstant animo unquam fuit in tanto vitæ periculo, qui non contremisſet? Unus miles Christi nudus, & inermis inter toti nihil armatos expavit, plusque ipsi audacia ad mortem patendam, quam illis ad inferendam fuit. Quem enim interimere, vel saltem spoliare decreverant, stupore correpti illæsum reliquere. *Hier. in vita ejus c. 4.*

Sic & multos Martyrum vitæ hujus finem etiam per supplicia quæſiſſe constat, dum vitam, quæ finem non habet, concupiscerent: ultro se persecutoribus offerbant, cùm latere possent: magisque dimitti, quam occidi, metuabant.

PRÆDEXIS Virgo Komana, cum facultates suas pauperum fecisset, ad illum lectinans, ejus amore hoc egerat, oravit vitæ istius finem, & impetravit. Mira res robustissimis viris terroris mors est, Virgini juvenule desiderio. *Ado in Martyrol.*

SAVINA quoque Virgo ad tumulum Savini Martyris fratris sui prostrata, orasse dicitur, ne ultra viveret, itærea dolens sed eum sequi cupiens, quem divino frui conspectu non ambigebat. Illis ergo gravis, & terribilis mors est, qui terrena curant, non iis, quorum conversatio in cælis, & qui moriendo ad immortalitatem tranſmigrant. *Jacob. de Virg.*

Duo Philosophi venerunt ad Senem, & orabant eum, ut eis verbum adificationis diceret: Senex verò tacebat. Rursus Philosophi dixerunt: Nihil respondes nobis, Pater? Tunc senex dixit eis: Quod studiosi quidem sitis eloquentiæ, scio: quod autem non veri sitis Philosophi, affirmo: quamdiu enim loqui solitis, quasi loqui nescitis. Sit ergo Philosophi vestre opus semper meditari mortem, & silentioque, & quieti vos assueſcite. *Præf. spirit. c. 156.*

D. BERNARDUS ubi audivit certo nuncio de sui Abbatis Eustegii in summum Pontificem electione, agressus ad ipsum litteras dedit: in quibus post multa, hæc habentur: Confortare, & esto robustus, manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum. Vindica tibi animi tui constantia, & vigore spiritus patrem, quam dedit extra fratres tuo tibi omnipotens Pater, quam & tunc de manu Amorthæ in gladio, & arcu suo. In omnibus tamen operibus tuis memento te esse hominem, & timor ejus, qui auferit spiritum Principum, semper seant oculis tuos. Quorum in brevi Romanorum Pontificum mortes tuis oculis aspexisti? Ipsi te prædecessores tui tæternissimè decessionis admonerent, & modicum tempus dominationis eorum paucitatem dierum tuorum nunciat tibi. Jugi proinde meditatione inter hujus præſentis gloriæ blandimenta memorare novissima tua, quia quibus successisti in Sedem, ipsos sine dubio sequeris ad mortem. *D. Bernar. epist. 137. Anno Domini 1145.*

Cum olim coronaretur Imperator, sepulchrorum constructores quatuor, aut quinque ad eum deſerebant marmoris frusta, varii coloris, inquirentes ex quo vellet sibi constructi sepulchrum, quo suæ mortalitatis admonebatur, & prudenter imperaret. *Leont. Ep. Næp. in vita Jo. Eleem. in vitis Patrum.*

S. GUARINUS Episcopus Prænæstinus, & Cardinalis, Canonicus regularis, mortem sibi quasi quotidie imminente inſistentem meditabatur: quæ quidem meditatio est peccatorum omnium peremptoria, iuxta illud, quod scriptum est: In omnibus operibus tuis meditare novissima tua, & in æternum non peccabis. Ubi enim non est timor mortis, ibi dissolutio vitæ: ubi verò dissolutio vitæ, ibi peccatorum abundantia, ubi denique peccatorum abundantia, ibi & perditio animæ: Timor enim semper emendat, tollit securitatem, parit sollicitudinem, superbia dicitur, humilitatem nutrit, caritatem auget, & virtutes multiplicat. Timens Deum abdicat peccata in verbo, facto, cogitatione, & in omnibus motibus suis peccatorum operationes evitans, se, corpus, totamque animam suam vitam à malo custodire studet illata. *Aug. Tinentis in vitæ ejus apud Sur. 6. Feb.*

S. quoque Rembertus Archiepiscopus Bremensis, orationibus, cæterisque bonarum rerum studiis intentus, intra paucos annos omni maturitate, & scientia virtutum emicuit, atque jam tum iuxta Psalmi vocem: Concaluit cor ejus intra ipsum, & in meditatione ejus exarsit ignis. Cùmque perſeraretur,

taretur, quid ipse in hac vita degenti potissimum expediret, A occurrit illi, quod a quodam sapiente dictum est, primam philosophiæ definitionem, mortis esse meditationem: idque toto pectore amplectens, toto vite suæ spatio eo committitur, ut hanc sapientiam summam apprehenderet, ne adveniente morte merore posset affici, si eam non esset ante præmeditatus sed potius eximplente Scripturæ, dicentis: Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis, quantum humana fert conditio, de peccatorum, vel evitacione, vel remissione securus, gaudio perfundi mereretur. In vita ejus apud Sur. 4. Febr.

Cum ille magnus Theodosius Cœnobiarca intellexisset exis, qui Deo servire elegerant, nihil æque conducere ad parandam virtutem, & ad eam partem conservandam, ac mortis memoriam, quæ etiam vera Philosophia, & dicitur, & creditur, quid facit? Sepulchrum jam construere his suis jubet discipulis, simul quidem, ut ejus esset monumentum finis; & sic eos magis excitaret ad decerenda, & diligentius stimulare ad virtutem simul, & mortuos reciperet. Ex Metaph. Sur. 11. Jan. tom. 2.

Post lapsum respicere, miser; non expeles tempus, cum B tempus habes, tum tempus est: quod sequetur, nondum est tempus; & cum erit, forte tibi non erit. Excitate his cogitationibus, & imitare nobilem Adolescentem quandam è civitate ampla, & potenti Italiam natum. Hic, ut accepit à viro gravissimo, cum immeritus esset voluptatibus corporis; usque adeo nova, & terribilia putabat, quæ è confessorio de poenitentia audiebat, ut multis modis à confessorio propolis, negaret ullum ex his se posse pati, & perferre. Quid faceret pater spiritalis monet, ut quartam saltem horæ partem poneret in hac cogitatione: Jacere se in lecto mortuorum brachiis in crucis formam compositis; ad caput appositò ardente cereo, ad pedes crucifixi imagine. Parvi adolefcentis, & adit divi gratia; sic repente illustratus est, ut conspecta peccati fedicitate, totus solveretur in lacrymas, & postmodum bene manè ad eundem patrem accedens, miro cum dolore peccata sua defleret, & de vite emendatione seriò cogitans, pro satisfactione, & impostis sibi acciperet, & ultra majores assumeret corporis poenas. Itaque initium fecit sanctius vivendi in posterum. Guil. Baldefan. l. 2. apud Piv. c. 19.

Postquam cognovit Gregorius Thaumaturgus, suum in C stare obitum, circumcirca regionem, & civitatem est perferat, cupiens scire, an essent aliqui reliqui extra fidem. Ubi autem cognovit, omnes qui permanerant in antiquo errore, non esse amplius quam septendecim, dicit, hoc quidem esse dolendum (ad Deum respiciens) quòd aliquid desit ad plenitudinem eorum, qui salvantur; verumtamen jure magnas esse agendas gratias, quòd suo in Ecclesia successori tot relinqueret simulacrorum cultores, quot ipse accepisset Christianos. Cum jam preatus esset, ut & qui jam crederant, crederent in perfectionem, & infideles converterentur: ita ab humana vita migravit ad Deum; mandans suis necessariis, ut nullum proprium locum ei compararent ad sepulturam: Si enim vivus, inquit, non sustinui vocari alicujus loci dominus, sed inquilinus, vix in alienis, neque post mortem pudebit esse inquilinus. Sed hoc (inquit) narretur posteris, quòd Gregorius, neque vivus alicujus loci possessor est nominatus; & post mortem fuit inquilinus alienorum sepulchrorum, se ipsum sejungens ab omni in terra possessione, adeò ut nec in proprio quidem loco voluerit sepeliri. Solam enim eam possessionem judicavit pretiosam, quæ in se avaritia non suscipit vestigium. D Greg. Noss. in vita ejus apud Baron. tom. 2. Ann. 266.

D AUGUSTINUS Hipponensis Episcopus dicere nobis inter familiaria colloquia consuevit, inquit Possidius in vita ejus post perceptum Baptesimum etiam laudatos Christianos, & Sacerdotes absque digna, & competenti poenitentia exire de corpore non debere. Quod etiam ipse fecit ultima, qua defunctus est, agritudine. Nam sibi iusserat Psalmos Davidicos, qui sunt paucissimi, de poenitentia, scribi, ipsosque quaterniones jacens in lecto contra parietem posticos diebus suis infirmis intuebatur, & legebat, & jugiter, ac ubertim flebat. Et ne intentio ejus à quoquam impediretur, cavebat. Antè dies ferme decem, quam exire de corpore, à nobis postulavit presentibus, ne quis ad eum ingrederetur, nisi iis tantum horis, quibus medici ad inspicendum intrarent, vel cum ei inferretur refectio. Et ita observatum, ac factum est, & omni illo tempore orationi vacabat. Possid. in vita S. Augusti. c. 13.

Quibus prævis pietatis exercitationibus se ad prævisum vite exitum preparavit S. Fulgentius Ruspensis Episcopus, sic describit ejus vite auctor. Ante annum ferme quam

de isto sæculo repererit, profunda cordis compunctione per- motus, reliquit subito Ecclesiasticas occupationes; & de seipso E quoque monasterio suo secreto recessens, ad insulam Circi- nam, paucis comitatus fratribus, navigavit. Ubi in quodam brevi scopolio, cui nomen est Chitini, ubi jam monaste- rium fabricari mandaverat, lectioni, & orationi, æ jejuniis vacans veluti seiret appropinquare sibi novissimum diem, sic ex toto corde suo poenitentiam gessit. Et quamvis tota vita ejus, ex quo monachorum professionem conversus ex toto corde suscepit, poenitentia fuerit tempus: in hac tamen insula multò amplius, ac multò diligentius, inchoavit similes, mem- bra sua mortificavit, & in conspectu solius Dei flevit. Inde jam plurimis de absentia sacerdotis murmurantibus, charitatis ne- cessitate confectus, iterum descendit in monasterium suum, consueta hominibus religiosi exhibere solatia, laboreque durissimos pro utilitatibus proximorum longanimiter susti- nere. Non autem ultra fluxerant dies, & ecce serum sidem bonus Dominus requirit. Incidit enim repente in corpora- les infirmitatis acerrimas passiones: ubi septuaginta propè diebus agritudine fatigatus, hoc solum frequenter dicebat. Domine mihi modo, hic patientiam, postea indulgentiam. Nec ab isto semone aliquando cessavit, sine dolor affligeret, sine F febris intenderet, sine lassitudo dissolveret. Perstudens autem medicis, ut lavacra balnearum uretur. Numquid balnea, inquit, facere poterunt, ne homo mortalis, expleto vite suæ tempore, moriatur? Si vero proximam mortem nee aquarum calidarum possum fomenta repellere: cur mihi, obsecro, persudatis, ut rigorem diu servare professionis in sine dissolvam? Sic salutem suam superæ voluptatē fideliter credens, postquam se sensit sine aliqua dubitatione dissolvendum, vocans universos Clericos suos, presentibus monachis allocutus est eos; dicens: Ego, fratres, animarum vestrarum salutem prospiciens, molestus apud vos forsitan, & difficilis ex- itii, & ideo obsecro vos, ut ignoscatis mihi, quibus aliqua dolere: & si forsitan severitas nostra modum transgressa est debitum, orate, ne mihi hoc Dominus imputet ad peccatum. Cuique talia B Fulgentius lacrymosis singulis exponente, cuncti simul super genua ejus cadentes, semper bonum, & semper affabilem pro omnium salute, ficut decuit, invigilasse cla- mant. Provideat ergo, ait, vobis Dominus Deus meus: patrem dignum se, & sic data omnibus benedictione, deatum spiritum feliciter in manus Domini tradidit. Ex reb. abes G gessit per ejus discipulum scriptis. Baron. tom. 7. Annal. Ecl. ad An. 529. 2. 3. 6. Sur. 1. die Januar.

Cum S. RADOBODUS Episcopus Ultrajectensis diu præsi- visset obitum suum, dubitare nemo potest, quin ardenti hu- cernâ preparaverit se Domino ad nuptias redeundi. Vigilavit planè, ut confessum aperiret pulsanti, tritricie mensuram Domini suæ familiæ tanto diligentius erogavit, quanto cer- tius noverat se brevi rationem illi redditurum. Nec formida- bat mortem, cui mori lucrum, & vivere Christus est. Ad pacis, concordiæ, charitatisque studium, à terrenis alienum; cœlestibus familiare, quantum humana finit imbecillitas, efficiere conitebatur jejuniis, Psalmodyrum deli- ciis, vigiliis, elemosynis magna animi contentione mor- tem suam communire curavit. In vita ejus cap. 12. apud Sur. Nov. die 29.

Serenissimus Ferdinandus Castellæ Rex, quare memorabile illius exemplum infra, Tit. Mors Justorum pretiosa. Item, Mors Religiosa. S. Christianorum. Subiciam ex Ditmaro Ernesti Alemanniæ Ducis filii, Luitpoldi obitum, qui casu in venatione sagitta emissa vulne- ratus, summâ pietatis specimen memorat dignum cura- tis fidelibus exhibuit. Hic, inquit Ditmarus, quia mor- tem sibi imminere perpexit, socios vocat, & ut ro- paret, supplicat. Et quia hic tunc presbyterum, cui sua confiteretur peccata, non habuit, unum ex militibus hujus vice propius accedere iussit. Quem cum adesse perspiceret, per eum vocavit alios: Omnes, inquit, accedite, & com- mortalis vestri peccatoris facta aure cordis percipite, & qua- liter curentur, animarum succurrete, absentibus quibus cunctis fidelibus peccatorem memet animam quæ commendatæ, & uxorem meam, ut honorem suum servet, & mei non obliviscatur, admonete. Hæc dicens, in quoquecumque unquam se aliquis deliquisset recordari potuit, cunctis præsen- tibus innovit, & mox de hac luce XI. Kalend. Junii di- scessit, sepultus Vireburgi, juxta patrem suum Marchio- nem Luitpoldum, ut ipse rogavit. Hic juvenis, ut spe- ro, felicem habet animam, cui (sicut ipse vivens testatus est) plus placuit coram multis hie erubescere, quam coram omni

omnipotenti Deo latere. Mirandum planè, inquit Baro- A nius, exemplum contriti hominis corde, ut peccata sua cunctis propagare non veritus sit hominibus, cum, qui secretò confiteretur, presbyterum non invenisset. Eiusmodi erube- scientiam, ceu gratum Deo sacrificium spontè parari voluit ob delictorum suorum poenitentiam, & remissionem: cum tamen nec fieri debeat, decreto S. Leo veterit. Ex Ditmar. Baron. tom. 11. An. 1015. 4.

Concil. Lateran. sub Innoc. III. id determinat. Cum, in- quit, infirmitas corporalis nonnumquam ex peccato proveni- at, dicente Domino languido, quem sanaverat: Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: decreto præsentis statuius, & districte præcipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, quòd medicos advocent animarum, ut postquam infirmis fuerit de spiritali salute pro- visum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius proceda- tur, cum causa cessante, cesset, & effectus. Hoc quidem inter alia hæc causam debet edisio, quòd quidam in agritudine le- gò jaentes, cum eis à medicis suaderet, ut de animarum sa- lute dispondant, in desperationem articulum incidunt, unde fa- cilis mortis periculum incurunt. Si quis autem medicorum hujus nostræ constitutionis, postquam per Prælatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit, tandià ab ingressu Ec- clesiæ arceatur, donec pro transgressione hujusmodi satisfac- erit competenter. Cæterum cum anima fit multo pretiosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum de corporali salute agrotò suadcat, quod in periculum animæ conveturat. Concilium Lateran. sub Innoc. III. cap. 22.

Probatum quidem ille est, qui mortem diebus singulis expe- ctat; sed ille sanè sanctus, qui hanc horis singulis desiderat. Unde Monachus quidam Ægyptius mihi aliquando narravit, quòd cum in intimo cordis mortis memoriam penitus fixisset, velletque aliquando, necessitate urgente, carnis hujus luto solati aliquid indulgere, ad hujusmodi memoria veluti à quodam iudice prohibitus sit; quòdque mirabilis est, cum vehementer vellet hanc memoriam repellere à se, non porre- rit. Alius quidam iuxta bæc commanens loco, qui Tholus dicitur, ex hujusmodi sæpè cogitatione repente obitus pecebatur, & animo deficiens, veluti insensibilis flebat, repetitque à fra- tribus nonnumquam, ut qui fere efflasset animam, bajulabatur ab eis. Joan. Climachus in scala cæli, grad. 6.

CAROLUS V. Imperator, memor condicionis suæ humana diu ante mortem administratione Reipub. se spontè submo- vit: & cum in siliam jam valdum ævi, & animi, curas con- tulisset, fecisset in Hispaniam, & in divi Justi monasterio, se- pe in Placentia miliaribus, se abdidi, cum duodecim dum- taxat familiaribus, Deo, & quieti vacaturus interdidit autem, aliter se quam Carolum appellari, Cæsar, atque Augusti illa nomina cum rebis animo exuens, & totum hoc honorari con- temens. Immo hoc amplius ferunt, diu ante imperium à se abdicated, sarcophagum sibi construxisse, cum funebri supellechile deportandum, clanculum tamen, quocumque iret quare paratum habuit apud se quæque annis, ubicunque lo- corum esset, secretissimè etiam dum Mediolanum contra Gallos proficisceretur, illudque diligentissimè singulis no- cibus conservari, atque reponi iussit. Arbitrabantur autem quidam, qui circa eum erant, thesaurum aliquem illic detineri, & conservari: alii nonnihil librorum, quibus historice veteres continentur: alii aliud quidpiam magni. Cæsar verò D sibi conscius in quem vulgum deferret, fubidendo, in rei quidpiam sibi omnium charissimæ usum sibi secum deferri dicebat: sic assidue mortem ante oculos sibi reposuit, & sic semper capulum funebre adesse voluit, ut perpetua mor- tis cogitatio eximeret à corde vanum hujus mundi factum, sanctas autem adiones agendas, dum viveret, admonere. Jus. Lipsius lib. 2. Monit. ex exemp. c. 14. P. Greg. 6. de Reipub. cap. 3. Simile inter Apophthegmata ad scribitur Ma- ximiliano Cæsari.

Ab eodem etiam factò celebratur ejusdem Caroli avus, Ma- ximilianus I. Imperator Austriacus, qui insuper hoc testamen- to cavit, ut exanimis corpus suum rudi linteo involutum, sine ulla exenteratione: sarcophagum, quòd quadriennio ante mortem parari curarat, imponeretur, naribus, ore, auribusque viva calice oppletis. Quid sibi voluit magnus vir? nisi mo- numentum illud assidue in oculis haberet, quòd diceret: Co- gita mori: & quòd amplius diceret: Quid te dilatas, & ex- tendis? Quid multa possides, plura appetis? Quem tot pro- vinciarum regna non capuit, locus illic capiet. Cur autem, &

calcem cavis illis partibus immisit? An aromata, quibus con- durentur? Sed hoc speclavit, ut corpus putredini natum, ca E quoque consumente, & excedente materie, citius consumere- tur, & iret in suam terram. Maximilianus magnus fuit; & res tuæ dicunt, tum & hæc circa mortem. Item Lipsius ibid.

\* MORTIS CONTEMPTUS. Ex Apophthegmatibus Christianis L. Beyerlinck. Ad mortem itaque libenter subeundam, instigare nos debent quotidianæ vite molestia, & amicorum obitus inopinati, ac maxime ea, quæ post hanc vitam secutura est retributio. Et priora quidem illa considerabat Thomas Apostolus, nam cum ex Domino intellexisset, quomodo Judæi voluissent cum lapidare, ac Lazarum jam inter vivos desisse; & subjungere: Gaudeo propter vos, ut credatis (id est, ut fides vestra in me augetur, & crescat) quoniam non eram ibi, sed camus ad eum: dicebat ad discipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo (nempe Lazaro jam mortuo.) Non enim tantum distabat ipso secundum Domini promissa præferendos ab offenculo, sed & Lazarum posse inter vivos redivivum vocari, ut bene notat Janfen. Joan. c. 11.

De S. Hilarione. Vide Tit. De Mortæ æquæ ferenda. F Vide conscientia bona. Lincolnensis Antistes HUGO, multa de mortis horrore di- centibus, respondisse fertur: Hec quam miserè nobiscum ageretur, si nunquam hoc exilio excederemus! Volvbat animo vitæ sanctus, quòd justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Sur. tom. 6. in Vita.

Et ob id jugem esse, & salutarem mortis memoriam dice- bat Hieronymus, dum ait: Facile omnia contemnit, qui se cogitat moriturum, brevi, sed solido dicto vite nostræ fragilitatem insinuans. Prælarè Martialis:

Pange thorus, pete vina, roras cape, tingere nardo: Iste jubet mortis te meminisse Deus.

Fulgos. lib. 7. cap. 2. Narrat de Religioso Joan. Climachus, quòd cum negli- gentius viveret, quam Religiosis statutum postularet, mor- bo ad extrema deductus, integram penè horam quasi in extasim raptus jacuerit, ac tandem sibi redditis, ut omnes, qui aderant, se egredere tentum postulavit. Quo factò, antri, quòd incolabat, aditum faxis obstruxit, in eoque duodecim annos tam asperam vitam duxit, ut nulla colloquia admitte- ret, nullum, præter aquæ, & panis paucillum, cibum corpori indulgeret, ac solum animo volveret, quæ in illo suo mentis excessu fuerant sibi obversata. Quo tempore autem fatalem sibi diem, quando ex hoc carcere exeundum, instare adver- tit; referato aditu, alios suos collegas admisit. Qui dum supplices peterent immemorem aliquod, quòd ad virtutis studium incitarentur, ille jam oculos penè in morte gravatos attollens, Ignoscite, inquit, fratres. Nemo, qui reverè mortis memoriam agnovit, peccare unquam poterit. Quam apostolicè monet in Epist. Flor.

Inter spem, curamque timores, inter & iras. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Refert ex Climacho Guil. Baldefanus lib. 1. Stim. virt. cap. 17.

Piè pariter, & religiose illustris Marchio Henricus vi- tam finit. Cum enim jamjam morituro adessent cives sui, & fletus, ac suspiria ingeminarent, ille crucians (ut est in Psalmo) verbum bonum, se virgini matri, & san- ctorum cætui, piorumque precibus commendabat, illeque, qui circumstiterant fatalem thalamum; Orate, inquit, ut beatus mihi in cœlum ascensus deur. Joan. Garz. de Reb. H. Saxon.

Egregiè quoque, apud Cassianum, abbatem Josephum sensibile latendum erit, à quo frequenter audita hæc vox: Pos- tremum illud, quòd generaliter vitorum omnium perem- ptorium esse nemini dubium est, ut de hoc mundo, quis credat, quotidie migraturum, & verè, Plante velut valido nubes Aquilone fugatur, Sic meditata scelus Mors præcui omne fugat. Quæ cum ita sint, jure Messiodanus jam senex, vite tedio affectus, cum ab amico in crastinum vocaretur, respondit: Quid me vocas in crastinum, quia multis annis crastinum non habui, sed mortis adventum in dies expectavi? quæ nunquam nobis non insidiatur, donec tandem incautos oppri- mat: Sanè, ut doctè iterum Martialis: Non est crede mihi sapientis dicere, Vivam: Vera nimis vita est crastina, vixit bodiè. Guido Bituric. ex Hist. Eccles. Sed & memori mente volvbat Maximilianus Imp. quod sub

sub Mortis, ut canit *Claudianus*:

*— parvulus veniant vestigia Reges,*  
*Deposito luxu, turba cum paupere mixti,*

Nam postremo sui imperii lustro, cum palatium apud Onipotentem magno suo are construi mandasset, & operis præficti leviores quosdam in eo errores commisissent, secretus in autem eisdem sibi adstanti futurabatur: Parum hi faciunt, quod me delectat; aliam domum construi mihi placuit, eoque die, feretrum omni ad sepulchrum necessaria superæcti instructum parari iussit, ac secum, quocumque pergeret, candelicum deferri. Cumque curiosus conjectaret, Proceres de usu illius sermone Caesar subridens, ac sibi confusus, In rei, dicebat, mihi supra omnes alias charissimæ usum, mecum hoc defero. Ita assidue sepulchrum adesse sibi voluit, ut ejusdem perpetua recordatio, suæ menti saluum mundi eximeret, æternitatis bravium infunderet. *Vide S. præcedentem, Reinhard, Hadamar, in Instit. Principum.*

Idem iusserat adhuc superfluis, ut quando inter vivos desisset, cadaver suum omni hominum, etiam infimæ, forti conspiciendum proponeretur: ac causam percontanti, Uti a, dicebat, vel meo exemplo discant omnes, nulla diademata, hæc nullas, nec ulla imperia à morte eripere possidentem. Hæc enim

*— sola ultricibus armis*

*Etatos frenans animos, communia toti*  
*Geni sceptrâ tenens, atonæque fœdera servans,*  
*Et Mognos, parvique terit: nam fortibus equat*  
*Imbellis, popalique Duces, seniumque juvenia.*

Idem enim

**FREDERICUS IMPERATOR.**

*— Vide Judicium Dei.*

Nec silentio præteriri Alphonsum Regem Aragon. fas erit, qui requiritur. Quænam res Principes, ac privatos, divites, ac pauperes, exequatres respondit, Cinis, significans, quod paucis habet juvenalis:

*— Mors sola fatetur*

*Quantula sint hominum corpuseula.*

Itaque attollere in vita manus, & spes ab Oriente in Occid. mitte: illa contrahet, & te intra te coget. *Panormitan. lib. 4. de Gest. ejus.*

**CESAR BORGIA,** totius Italix imperium animo conceperat, ac sublatiè medio omnibus, quos sibi impedimento futuros suspicabatur, tandem quod aliis miscuerat, venenum hausit inficus: & moriturum se ratus, adversus omnia, inquit, pericula me munivi, præterquam adversus mortem, quippe qui numquam cogitavi me tam cito moriturum, immemor sanè illius Democratis: Imprudenter, & impiè vivere, nontam esse malè vivere, quam diu mori. *Machiavellus.*

Ejusdem nominis, & generis Franc. Borgia; at vitæ, notæque melioris. Præfuerat funeri Augustæ jam defunctæ, & miratus, quod exiguus tumulus sceptrâ, coronas, ac Regiam majestatem exciperet, & concluderet, dicere solebat; Augustæ mors mihi vitam attulit, & verè.

*Si cupis adversis seclerum sordidissima quæque*

*Vulnera, perfacilem demitibi promptus opem.*

*Edm te turpe aliquid tentat, fac illico, mentis*

*Sepe mors oculis offerat atra tuæ.*

*Ribad. lib. Vit. ejus, cap. 9.*

Idem eum decumbenti graviter, & extra medicorum Dispens., adessent, qui lacrymas funderent: ille inopinatus, Cur lacrymas frustra funditis? An illa me morti eripient si Deo visum ab hoc vitæ exilio me in patriam revocaret? Sciebat egregius Princeps, statutus à summo Principe Deo vitæ cujusvis terminos, qui præteriri non poterunt, & quod

*Omnes eodem cogimur: omnium*

*Vesatur una, seruis, ocuis*

*Sors exitura.*

*Ribad. in vita ejus, lib. 2. cap. 13.*

**POENITENTIA ANTE MORTEM**

**OPPORTUNA.**

Cum effemus (inquit Augustinus) apud ostia Tiberina matre caritatis sociati, expectantes temporis tranquillitatem, causa remeandi ad Africam, & gratia illius, cui terra, & mare obediunt, compulsâ Pontiano Præsefco, viro clarissimo, qui de Roma ad nos videndum venerat, eum eodem iterum reversi sumus Romam, ad intuendum diligentius magnifica ædificia, & opeta Paganorum: & ductus sum cum cæteris ad

videndum cadaver Caesaris in sepulchro, & vidi, quod omnino esset livido colore ornatum, patreidine circumdatum, venter ejus dirupum, & vermium per illum cætervas transeuntes profexi. Duo quoque bufones famelici in foveis oculorum pascabantur, crines ejus non adhærebant capiti, dentes ejus apparebant labiis consumptis, & revelatum erat narium fundamentum. Et intuens matrem Christianissimam dixi: Ubiam est Caesaris corpus præclarum, ubi magnitudo divitiarum, ubi apparatus deliciarum, ubi multitudo Dominorum, ubi cæterva Baronum, ubi acies militum, ubi canes venatici, ubi equi veloces, ubi aves cantantes, ubi thalamus pictus, ubi lectus cturatus, ubi thorax regalibus, ubi chronus imperialis, ubi mutatoria vestimentorum, ubi capilli solares, ubi facies decora, ubi omnia, quæ sub cœlo sunt? Namque verèbantur homines, te timebant Principes, te colebant Urbes, te timebant omnes. Ubiam quoque sunt hæc omnia? à quo recessit tanta jactantia? quò vitæ tua magnificentia? Et Respondit mater pietate plena: Fili, omnia sibi pariter defecerunt, quando defecit spiritus ejus, & reliquerunt cum captivatum in sepulchro trium brachiorum plenum ferore, & putredine. Hæc ergo fideles Christi, considerate, quid fumus: animadvertite, ad quid venimus: prospicite, quid jam sumus. Agite ergo penitentiam, filiosi mei, quos iterum parturio, donec reformetur in vobis Christus. Agite ergo penitentiam, antequam mors inimica naturæ vos aggrediat. Statuatis vos supplicem: humiles, utiles, secreta, frequentem, promptam, amaram, lacrymosam, & festivam confessionem, cum etiam horam mortis omnino ignoretis. Nam cum in extrema æritudine fueritis, fratres, o quam fortè, quam durum, o quam pœnosum, o quam lacrymabile erit vobis pœnitere, & dolere de malis commissis, & de bonis omissis! Quare hoc erit, nisi quia illuc rapitur tota intentio mentis, ubi est vis doloris? Multa enim occurrunt impedimenta cordi. Nam corpus dolet, poena affligit, quia mors appropinquat; intrare filios, quos patres summè dilexerunt, pro quibus etiam se damnatos existimant, tenebroso oculo aspicunt, uxores jam lacrymantem considerant, mundus adhuc eis fiduciam præstat, diabolus, ne de peccatis dolent, fidem tribuit, & chiropagum infirmantibus præbet, caro non defecere adhuc satis sperat, medici adhuc, ut lærentur ipsum, confortant, parentes applaudunt, sacerdotes allicunt, & sic divites moriuntur in inferno. o homo, audisti, quid locus sum, omnino crede, quod hæc omnia cito experieris. Obsecro igitur te, ut antequam infirmitate graveris, agas penitentiam, disponas domum tuam. Fac, quod faciendum est; fac testamentum, dum sanus es, dum sapiens es, dum tuus es. Nam si expectaveris infirmitatem, omnino minis, vel blandimentis ducris, quò tu non vis. *D. August. ad fratres in eremo, serm. 47. fere quisque eorum serm. est auctor.*

**DE MORTE, EJUSQUE NECESSITATE**

**APOPHTHEGMATA.**

THALES dicebat nihil interesse inter vitam, & mortem, ob id opinor; quod utraque res æquè esset secundum naturam: nec mortem malam esse magis, quam nativitatem. Cuidam verò obstrepent. Cur igitur tu non moreris; falsè respondit: Ob hoc ipsum, quia nihil referet. Potius enim habetur, quod accessit. *Laert. lib. 1. Stob. adscribit Pyrrboni serm. 120.*

BIAS cuidam mortem advocans in liberorum amissione: Cur homo, inquit, ipsam vocas: nonne etiam si non vocaveris, veniet? *Max. serm. 6.*

Idem percontatus, quod genus mortis malum esset? Quod H inquit, legibus constitutum est. Sensit autem vir prudentissimus, eam mortem hominibus nequaquam formidandam, quæ secundum naturæ leges invadit mortales: sed cam potius, quam delictis turpiter, & ignominiosè promeriti sunt, qui debentur hitori, ac carnifici officium præstant. *Max. serm. 36. Stob.*

SOCRATES Critoni vehementer studio suadenti, ut si vitam ipsè suam negligere, certè liberis etiamnum parvulis, & amicis ab ipso pendentiibus se fervare incolument: Liberi, inquit, Deo, qui mihi eos dedit, curæ erunt: amicos, hinc discedens, inveniam vobis, aut similes, aut etiam meliores, nec vestra quidem consuetudine, dii carituros, quandoquidem vos brevi eodem estis commigraturi. *Erasm. lib. 3. Apoph. ex Plat. & Xenophonte.*

Idem animadvertens amicos, qui cum in carcerem sequebantur lugere. Quid hoc est, inquit? Nonne jam dudum sciebatis, me ex quo genitus eram, ab ipsa natura morte fuisse damnatum? Atqui bonis adventantibus præcipi è vita mihi nimi

nimirum, meisque benevolis lugendum foret. Si verò malis impendentibus diem obies; arbitror tanquam pro felicitate quadam à vobis omnibus esse lætandum. *Xenoph. in Apol.*

MUSONIUS, seitis dictis mortem meditandam sibi, & aliis proponebat. Inter quæ, & hæc occurunt. Virtute præditi homines, inquit, siquidem conducatur, cum paupertate manent in vivis. Sin minus faciliè migrant, tanquam ex solenni conventu, ac celebri, ita etiam è vita. Non aliter quam è domo, inquit Bion? exigimur, si locator non accepto pretio locationis fores revellat, regulam adimat, puteum obstruat: ita etiam hoc corpufculo relegor, quando quæ locavit natura oculos ademerit, aures, manus, pedes, non motor amplius. Sed sicut è convivio discedo, nihil indignans, itidem è vita. Sicut bonus histrio bene prologum, bene medium fabulæ, nec non bene etiam catastrophem agit: ita bonus vir quoque primordia vitæ recitè, & media probè, finemque congruentem his administrat. Et ut pallium ubi detritum fuerit depono, ita non procrastino, nec vitæ tuende desiderio flagro: sed è cum liceret adhuc feliciter degere, morior, &c. *Stob. serm. de Virtute.*

ANAXAGORAS abens morti addictus est. Id nuntianti, jam olim, inquit, istam sententiam tulit natura æque in illos, atque in me. Sentiens, Atheniensis non minus addictus morti, quam esset is, quem damnarent. Aliis aliud mortis genus obtingit, sed omnibus eadem est moriendi necessitas. *Laert. lib. 2.*

DIOGENES, rogatus numquid mali esset mors? Quo inquit, pacto malum, quod presentem non sentiamus? Quod autem abest, nulli malum est: Dum sentit homo, vivit: nondum igitur adest mors, quæ si adest, abest sensus. Malum autem non est, quod non sentitur. Hanc ratiocinationem quidam tribuunt Epicuro. Mors quidem mala non est sed iter ad mortem miserum est. Id si meruitus, tota hominis vitæ quid aliud est, quam iter ad mortem. *Laert. lib. 6.*

Audiens DIOGENES Antisthenem graviter ex morte decumbente, qui amore ejus vitæ morbum molestius ferbat, ac sicca ad decumbentem ingressus est, ad quem cum Antisthenes dixisset: Quis me his laboribus liberabis? Diogenes prolata sic hæc inquit. Contra Antisthenes: Doloribus inquit, dixi, non vitæ. *Idem ibid.*

EPICURUS dicere solebat, contra cætera omnia aliquid tutum inveniri posse, ac contra mortem omnes nos inhabitare urbem imminuat. *Maxim. serm. 36.*

ARISTIPPUS interrogatus, *Vide infra Tit. Mors in spe. S. Perturbationis.*

Idem cum aliquando Corinthum navigaret, & orta tempestas naufragium minaretur, expalluit: id animadvertens è vectoribus crastus quipiam miles, ac Philosophorum osor, sedata tempestate cepit ei insultare: Cur inquis, vos Philosophi, qui prædicatis mortem non esse formidandam, expallecitis in discrimine, nos indocti non timemus? Quoniam inquit Aristippus, non de pari anima tibi mihi que cura, ac meo est. Aul. Cellius hoc addit: ego timeo animæ Aristippi, tu non times animæ nebulonis. Rebus vilissimis minime timeus, unde proverbium: Hydria in foribus. Hinc Iulius Aristippus, illum non expalluisse, non quod esset fortior, sed quod cum esset homo nihili, haberetque animum omni virtute vacuum; minimum eratis detrimenti, si perisset. Vir eruditus, ac sapientia præditus non perit, nisi gravi Reipublicæ dispendio. *Laert. lib. 2. cap. 8.*

MUSONIUS interrogatus, quis optime extremum diem claudere possit? Qui semper respondit, postremo vitæ diem sibi stare proposuerit. *Maxim. serm. 16.*

ANTIPHANES solitus est dicere, mortalitæ præcipuè hominibus cogitanda esse, quandoquidem omnibus hominibus sit moriendum. *Stob.*

ARCESILAUS, Mors, inquit, quæ mali nomine censetur, hoc unum habet peculiare esse omnibus, quæ mala judicantur, quod prærens neminem unquam affici molestia abens, & dum in expectatione est, molestiam adfert. *Plutarch. de Consolat. ad Apollon.*

THERAMENES. Cum in quadam domo versatus, inde prodiret, illa subito lapsu corruit. Atqui cum reliqui Atheniensis alii abundè ad eum confluere, & inopinatæ salutis congratularentur, illi præter omnium opinionem respondit: Nescitis viri, ad quam tempora, & pericula Jupiter me servare voluerit. Intellexit vir sapientissimus, fæ à mortis improbitate nequaquam tutum esse: quæ licet conniveat in summo vitæ periculo, at tamen paulo post cum vitalis malis summo vitæ periculo. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.*

in portu quasi navigantem. Nec se ipsum quidem scellitè: nam non multo post à triginia tyrannis de medio sublatus est, cuticum bibere coactus: nempe qui ex ruinis domus liberatus, veneno turpiter perire coactus est. *Ælian. lib. 9. de Var. Hist.*

Olim in divitum epulis apud Aegyptios, unus cadaver ligneum, sed quàm proximè ad verum effectum, ostendebat singulis dicens: In hunc intuens pota, & oblecta te talis post mortem futurus. Dubites, quo animo id fecerit, utrum ut moderatius fruerentur voluptatibus, conditionis suæ memores: an avidius utpote mox obituri. *Herod. lib. 3. Plat.*

SECUNDUS Philosophus ab Adriano Imperatore interrogatus quid esset mors? respondit, Æternus somnus, dissolutio corporum, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, latro hominis, somni pater, fuga vitæ, vivorum discessio, resolutio omnium. *Laert.*

HERACLITUS mortem in omnibus hominibus perpetuè latere dicebat: idem enim est, inquit, vivus ac mortuus, vigilans & dormiens, adolescens & decrepitis: quia hæc in illa vicissimque mutantur. *Plutarch. de Consolat. ad Apollon.*

ANAXAGORAS, cum rerum naturalium causas auditoribus explicaret, interque differendum de filii morte nunciatum sermone cujusdam acciperet, paulum oratione inhibita, dixit is qui unà aderant: Sciebam, filium me genuisse mortalem. *Plat. de Consol. ad Apoll.*

XENOPHONTI sacrificanti, cum nunciatum esset Gistum filium in pugna perisse, fertum capiti detraxit, & quasi, quoniam modo cecidisset: cuique responderetur, cum generosè fortiterque præ cæteris præstantem, multis hostium interfecisset occubuisse: exiguo admodum temporis spatio intervallo, dum ratione motum animi compesceret, rursus imposita capiti corona reliquum sacrificium absolvit, nunciisque respondit: Non ut immortalis, aut longævum filium meum redderet à Diis postulavi (cum incertum sit, an hoc expediat) sed ut probum, ac patriæ amantem: cuius quidem voti nunc sum factus particeps. *Plat. eod. lib.*

JULIUS CÆSAR, cum inter occidendum ortus esset sermo, quod genus mortis esset optimum; & incunctanter respondit, inopinatum, & quod optimum judicavit, ipsi contigit. *Plat. in Apoph.*

QUINTILIUS Plautianus, cum jam grandis natu viveret ruti, nec quicquam quaerere, aut faceret curiosus, attamen à Severo infidus circumventus, ut ad mortem reperetur, paulò ante quam moreretur, postulavit, ut ea, quæ ad sepulchrum suam jam dudum comparaverat, ad se perferretur. Quæ postquam vidit veru state consumpta: Quid hoc rei est, inquit: itane cunctati sumus. Deinde facta sacrificio: Idem, inquit, peto à Diis immortalibus, quod Adriano Severianus optavit, itaque interit. *Xiphilinus in Severo.*

BOJOCALUS, Deesse nobis (inquit) terra, in qua vivemus, in qua moriamur, non potest. *Tacit. Annal. lib.*

CONSTANTINUS Imperator, cum Hormisda Persæ urbis Romæ magnitudinem, atque hominum, ædificiorumque magnificentiam ostendisset, peteretque, ut quid de ea sentiret, paucis enuntiaret: respondit, ex tanta re, quanta ei ostendebatur, nihil eum delectasse magis, neque esse, ex quo majorem fructum consequi possit, quam quod exiis, quæ videret, verum esse comprehenderet, in urbe quoque Roma, quam amplitudine, opibusque alias antecederet urbes, tamen, sicut in cæteris orbis terrarum locis, homines etiam mori. Brevis responsio rerum humanarum vanitatem ostendens. *Fulgos. lib. 7. cap. 3. ex Am. Marcellino.*

FREDERICUS Imp. is Principibus, qui immites, & crudeles erga suos fuissent, mortem nimis extumescendam esse dicebat. Nam quales se, dum viverent, aliis præstiterat, tales, cum moriuntur, in se iudices inventuros esse. Ostendere autem voluit, is mortem esse amaram, qui mala antea vitæ conscientia prementur. *Æne. Syro. lib. 2. Comment. de reb. geff. Alphonso. 1.*

MESSODAMUS jam senex, cum ab amico in crastinum vocaretur convivium; Cur me vocas in crastinum, inquit, qui à multis annis crastinum non habui: sed mortis adventum in singulos dies expectavi, quæ nobis numquam non insidiant, donec nos incautos etiam interdum opprimat; *Guido Bituric. ex Hist. Eccles.*

ALPHONSUS Rex interrogatus, quæ res Reges, ac privatos, divites, ac pauperes, claros, & obscuros, denique omnes fructus ex qua-

exaret? respondit, cinis Indicana, post noctem, Regis à privato, divitis à paupere, formosab infirmi, personam nequaquam discrepare. Quis enim ex cineribus, aut ossibus humanis terra cruis differentiam ullam videre potest? Lib. 4. de reb. gest. Alphonf.

APOPHTEGMATA.  
de Morte contemnenda.

CHILON dicere solitus est, ita esse contemnendam mortem ut nihil fecius curam habeas incolunitatis. Non enim est fortitudinis, sed amentie, semet temere in vita discrimen conicere: sed quoties aut inevitabilis necessitas urget, aut gravis, honestaque causa fuadet mortem contemnere, fortis animi est. In morbo non est metuenda mors, sed interim adhibenda curatio medicis. In bello fumendus est animus ad mortem paratus, sed interim fortiter pugnamum est pro victoria. Laert. lib. 7. cap. 4.

DIODORUS lugente quodam, quod in peregrina terra moriturus, esse dixit: Quid lugens o stulte? Undequam eadem est via ad sepulchrum. Ant. in Meliss. par. 1. serm. 58.

SOCRATES decrepitam agens vitam, in morbum cum incidisset, & quidam interrogaret, quomodo sese haberet? Recte inquit, utroque modo. Nam si fuero superstes, plures amatores habeo: Sin vita excessero, plures laudatores. Alian. lib. 2. de Var. Hist. Idem audiens se morte multatum. Magna me spes, inquit, tenet, iudices bene mihi eveniri, quod mittat ad mortem. Sed tempus est jam hinc abire me, ut moriar vos, ut vitam agatis. Cic. lib. 1. Tusc. quæst. Idem ad suos Judicem convertens, mortem, inquit, metere aliud nihil est, quam falsò putare se esse sapientem. Qui enim mortem metuit, videtur ignorare quid sit, &c. Plato in Apolog. Idem. Carceris ministrum porrigentem in poculo cicutam interrogavit, quomodo fumendum esset hoc pharmacum, quo ejus artis esset peritus, alludens ad agrotos, qui à medicis dicunt quando, & quomodo oporteat fumere, quod ab illis temperatum est, cumque puer respondisset, semel totum hauriendum, si possit: deinde tantisper inambulandum, donec sentiret gravedinem in cruribus: post in lecto decumbendum supino corpore: tibi pharmacum effecturum quod solet, Socrates rogavit, licetne inde aliquid libare (quod in conviviis mos sit effusa vini pocinacula, nominatim alicui Deo libare) ministrer respondit, se tantum miscuisse, quantum oportet esse, hoc sermone innuens, nihil esse, quod est danderetur. Tum Socrates: Sed & fas est, & oportet orare Deos, ut felix, lausque sit hæc mea migratio. Erasmus lib. 3. Apoph.

Medicus PLATONI consilium dabat, ut, relicta Academia, loco pensilissimo, in Liceum scholam se transferret: nequaquam autem ille obtemperavit, dicens, se producendam vitæ causam, nec in Atho quidem summum transigrare velle. Alian. lib. 9. de Var. Hist.

ARISTOTELES dicere solebat, ea, quæ longissimo tractu à nobis absum, nemo metuit. Nam cum moriturum sese nemo ignoret, mortem tamen quam prope esse non suspicamur, minime expavescimus. Stob.

ZELIUCUS prociomio legum suarum Loerenfibus latarum scitu digna hæc apposuit: Morituros omnes, injuriarum, quas commiserunt, memores, poenitentia invadit, & vehementer cupiditas, qua vellent exactam sibi vitam omnem fuisse justam. Quamobrem singulos oportet semper in singulis actionibus illud tempus ad eum cogitationibus familiare facere, ac si præsens esset. Ita enim maxime honesti, justique cura urgetur. Stob. ser. 42. Idem dicebat sapienter, e vita migrare esse optimum, veluti e convivio, non sitibundum nec temulentum. Stob.

ARISTIDES Philosophus interrogatus, quatenus deceat hominem vivere? Tantisper, ait, dum deprehendat emori præstare, quam in calamitatibus vivere. Stob.

ARISTIDES Loerenfis, morsus à mufella Tarresia, jam moriens dixisse fertur, multo sibi jucundior mortem futuram fuisse, si vel ex leonis, vel ex pardalis morsu obtingisset (quandoquidem necesse fuerit aliquando mortis occasionem existere) quam ab ejusmodi contempta bestiola. Unde apparet, cum acerbus ignominiam mortis, quam ipsam mortem tulisset. Alian. lib. 14. de Var. Hist.

Epictetus dicere solebat, magis necessarium esse animam quam corpori mederi, quam præteriri mori, quam male vivere. Anton. in Meliss. part. 1. serm. 58.

ASCINES, dum pro Atheniensibus, sed violentam affectionem circa mortem horrendum esse dicebat. Stob. serm. 117. Idem gloriosè mori summam felicitatem esse dicebat, cum omnibus æquos sit fatalis. Stob. serm. ead.

GORGIAS ROGATUS, an libenter obiret? Minime, inquit, sed ex hoc domicilio putrescente libenter abeo. Bruf. Stob. serm. 117.

THEODORUS Philoſophus, Lyſimacho tyranno imitante ei necem non deprecatus est, sed mortem contemnens, ignorabat, inquit, te non Regis, sed cicuta vim habere. Stob. serm. 2.

Demosthenes, dum pro Atheniensibus, & libertate verba faceret, & Philippus diceret? Num times, ne caput abs te auferri præcipiam? Non inquit, nam est ipsum loco moveris, patria immortalitate donabis. Stob.

Corticus admodum senex, cum difficili admodum morbo liberatus esset: Apage, inquit, quam moleste reverſus sum, jam aliquantulum viæ progrefus, cum ingredi omnino necesse est. Maxim. serm. 4.

AGIS interrogatus, quo pacto quis libertatem suam tueri possit? Si mortem, inquit, contempleris. Hic metus, qui cadere dicitur in constantem virum, multos deterret à pulcherrimis facinoribus: hoc qui caret, potest ubique quod rectum est, sequi, nec est, quod timeat improbus: qui ut extrema moliantur, nihil aliud possunt, quam occidere. Plutar. in Lacon. Idem per insidias captus, ac præter meritum ab Ephoris condemnatus: cum ad laqueum duceretur, conspicere quendam ex licitoribus sentem, ob indignitatem rei, cuius cogebatur esse ministrer: Desine, inquit, o homo! vicem meam flere: Nam si morior præter jus, æquum, melior, feliciorque sum his, qui me occidunt. Hæc loquutus, ultro collum laqueo induit. Quo nemo Stoicorum docuit quid fortius, hoc ille juvenis non verbis, sed re præstitit, felicitatem omnem solo honesto metiens: eosque iudicans infeliciores, qui faciunt injuriam, quam qui patiuntur. Plut.

HIPPODAMUS; Quo tempore Agis adversus Archidamum aciem instructam habebat, simul cum Agide iustus ire Spartam, curatus illic, qui busserat opus. An non, inquit, honestus est, ut pro Sparta fortem, bonumque virum præstans, mortem optetam? Ac post sumptis armis, stansque Regi à dexteram, pugnam interit. Consultum volebant illius feneſturi: qua viribus defecta in bello non ita multum esset habitura momenti, in patria futura nonnulli usui (excesserat enim annum agens octogefimum) at ipse sibi non indulsit. Plut. in Lacon.

AGESILAUS percontanti cuidam, qua ratione sibi pareret eximiam gloriam? Si mortem, inquit contempleris. Nihil enim in bello præclarè rei gereret, cupius animus mortis metu occupavit. Idem affectus in omni vita mortalium à pulcherrimis facinoribus revocare solet. Ibid.

THERAMENES, postquam Ephori capitis sententiam in ipsum pronuntiasset, abiit ridens, roganibus, qui aderant, an etiam contemneret Spartanorum leges? Nequaquam, inquit: quin gaudio potius, quod hæc mihi multa solvenda est, cum cam nec induxerim cupiam, nec à quopiam mutuo acceptum. Ut innocens non accusavi patriæ suæ leges, sed hoc felicitatis esse judicabat, quo mori juberetur, qui neminem ad mortem adegisset, nec cuiquam deberet vitam, nisi sibi. Facetè mortis poenam vocavi multam, rem atocem molliori vocabulo signans. Jure autem cogitur solvere pecuniam, qui cam vel extorsit ab alio, vel mutuo sumpsit. Plut. in Lacon. 1. Cic. quæst. Tusc. lib. 1.

PYTHAGORAS, in ædibus Milonis, cum familiaribus suis affidens, accidit, ut ædes ex invidia succenderent à quodam, qui in eum cetum receptus non fuerat. Alii dicunt ab iis Crotoniatibus id esse factum, metu tyrannidis. Pythagoras egressus, cum ad agrum fabis plenum pervenisset, restitit, ac dixit: Capræ præstat quam calcare: interfici quam loqui. Et sic à periculis jugulatus est. Suidas.

CALLICRATIDAS ante consuetum præsto sacrificio, cum aruspex nunciaret ex incensis exercitui quidem protendi victoriam, sed Imperatori mortem, nihil expavescens: Haud peius unum (aliis) sunt res Spartæ, me siquidem mortuo, nihil deterius habitura est patria: sed si cessero hostibus, aliquid decedet præter, pro qua Jugiens moriar. Itaque cum Cleandrum pro se duces designasset, navalem pugnam aggressus est, pugnam interit. Plutar. in Lacon. Apoph. Idem percontanti, quam ob causam fortes viri gloriosam mortem ignominia vitæ anteponeant? Quoniam, inquit, inquit, quam naturæ proprium, alterum peculiariter suum esse dicunt. Nam naturæ bene-

beneficio vivunt ignavissimi: ut honeste mori contingit nisi à virtute præditis. Plut. in Lacon.

LEONIDAM cum Ephori percontantur, si quid præterea rei facere itaque? Nihil aliud, inquit, quam verbotenus impediretur barbarorum transitum fed verè pro Græcis moriturus. Egregium imperterriti ductoris documentum in causa honesta, pique, nec certam mortem horrefcere. Plut. in Lacon.

Quidam Lacon sagitta percussus, cum animam ageret, dicebat: Non me movet, quod morior, sed parum, quod ab imbecilli sagittario, ac muliercule simili, partim quod nullo facinore edito morior. Vidit solè esse solatio virtute præstantis viri dextera cadere. Lacedæmonii verò, quoniam ensibus pugnare solebant cominus, non putabant esse virtutis, procul missa sagitta quempiam interficere: quod idem possunt & facinore. Tum iniquiore animo decedunt è vita, qui rectè facturum post se relinquunt memoriam. Plut. in Lacon.

SPARTANUS insidias circumspexit ab Iphicrate Atheniensium duce, cum illius milites rogaret, quid in eo rerum statu esset faciendum? Quid aliud, inquit, nisi ut vos servemini, ego pugnando moriar? Talis erat animus Catois Uicenis, qui cæteris suis, ut suæ salutis consulere: ipse spontanea morte turpem effugit servitium. Plut. in Lacon.

Cum Philippus irrupisset in Peloponnesum, & quidam ita loqueretur, periculum est, ne acerba patiatur Lacedæmonii, nisi Philippo reconcilietur: O semiviri! inquit, quid nobis poterit acerbi accidere, qui mortem contemnimus? Plut. in Lacon. Apoph.

CHABRIAS conditionis accusatus est à cum Iphicrate, cum ab eis ab Iphicrate objurgaretur, quod cum esset in periculo, tamen ad gymnasium itare, noluisse præderet hora: Ergo, inquit, si quid fecus de nobis statuerint Lacedæmonii, solo honesto metiens: eosque iudicans infeliciores, qui faciunt injuriam, quam qui patiuntur. Plut. in Lacon.

PHOCION, cum alius bonis viris ab Atheniensibus damnatus ad mortem, cum carnifex cicutam apportaret, & bibiflet omnes, solusque Phocion superstes, consumpto ab aliis veneno, carnifex negabat se daturum, nisi numeraretur duodecim drachmæ: tanti enim venire cicuta unquam. Phocion itaque, ne per intentionem mori fieret morti, accito ad se eundem ac amicus. Quandoquidem, inquit, Athenis ne mori quidem gratis licet, quædo dato huic pretium. Ibid.

PLUTUS. Postquam Epaminondas Pelopidam liberum reduxisset, abeat se gratiam habere Alexandro, per quem experimento comperisset, se non tantum ad bellum, sed etiam ad mortem bene animatum esse. Plut. in Apoph.

CALANUS ille Indicus gymnosophista, cum sibi ipsi manus adferre vellet, struem lignorum fluxit, camque incedens se in ignem, contemnens mortis durum supplicium, præcipitavit, quod cum Alexander vidisset, admiratus hominis audaciam, dixisse perhibetur; Calanum potentiores se hostes debellasse, ac vicisse. Alexander enim cum hominibus pugnantibus victor evasit. Calanus verò cum laboribus, ac morte. Alian. lib. 5. de Var. Hist.

CORNELIUS Scipio, cum in Africa Pompeii partes sequutus, res parum prosperè gessisset, & Hispaniam petens intellexisset navim, qua vehebatur, ab hostibus captam, gladio præcordia sua transverberavit. Deinde Cæsaribus militibus querentibus, ubi est Imperator? Imperator, inquit, bene habet. Suprema vox morientis declaravit animum meliore fortuna dignum. Appianus.

M. CATO ajebat, plurimum referre, utrum qui virtutem magnæ æstimet, an vitam non magni faciat? sentiens, non eos statim esse fortes, qui quovis modo vitam, vel mortem contemnant: sed qui tantum faciunt virtutem, ut hujus gratia vitam alioqui charam negligant. Nam semet in vite discrimen conicere, aut infelicium est, & quos vitæ jam tædet: aut immanium, & bellis simulum. Plut. in Catone.

BASSUS. Si quid incommodi, aut metus in mortem esse diceret ab aliis, morientis hoc vitium esse dicebat, non mortis. Mors enim nihil incommodi hominibus adfert, sed ab omnibus incommodis, ac fortunæ miseræ procellis liberat. Sen. ep. 30.

C. MÆVIUS, Augusti centurio, cum in bello ab Antonio captus esset interrogatus ab Antonio, quomodo secum agi vellet? occidi me jubet, inquit, mori enim malo, quam tuo beneficio vivere. Appian.

PISONO à Galba adoptato, conspiratione facta prætoriano- rum, Otho Imperator salutat est. Galbæ ad tumultum fe-

dandum in lectica delato milites insens occurrentes ingesserunt vulnera. Ille jugulum offerens, agit dum, inquit, si hoc ex Republ. est. Cruribus igitur, & brachiis fœde lanatis jugulum hausit, ut crebrior fama est. Plut. in Galba.

CAYUS JULIUS mori iustus, quod Cajum Cæarem verbis offendisset, ad necem vocatus à centurione latrunculis ductus. Tum numeratis calculis dixit fodali: vide, ne post mortem meam mentiaris te vicisse: & simul centurioni annuens: Testis, inquit, eris, uno me antecedere. Cervicem inde percussori præbuit intrepide. Seneca.

Sub mortem his verbis lusisse dicitur Hadrianus Imperator:

Animula, vagula, blandula,  
Hospes, comesque corporis,  
Quæ nunc abibis in loca,  
Pallidula, rigida, nudula,  
Nec ut soles dabis jocos?

Dion. Cassius.

SEVERIANUS Adriani iustus moriens, eò quod Commodum successorem parum prudenter designatum ab Imperatore dixisset, ignem petiit, & accenso thure: Vos, inquit, dii, testes estote, nihil à se morte dignum esse commissum. Tantum hoc precor, ne cum mori velis, possit. Dion. Nicæus.

RUBIUS FLAVIUS, cum à Nerone defecisset, captivus abductus, & mox ad mortem damnatus: verum cum à licitore admoneretur, ut fortiter cervicem præderet? Utinam, ait tu tam fortiter ferias. Senec.

ANTONIUS Pius quodam die dixit amicis: Quid me fletis, ac non magis de communi morte, pessilientiaque cogitatis à Philosophia docuerat hominem, & mortem contemnere, & res humanas ridere. Parantibus autem abire dixit: Si jam me dimittis, vale vobis dico vos præcedens. Facite petiit ab amicis discedendi veniam, ac veluti peregrè profecturus iussilivale valere, submens interim fore, ut illi præcedentem sequeretur. Capitolinus.

CLEOPATRA metuens Antonii favitiam, confugit in monumentum demissis cataractis, misitque, qui dicerent, illam spontanea morte perisse. Id credens Antonius, & ipse sibi putans adferre vim dixit, à Cleopatra, non doleo, quod te ream, nam mox una futuri sumus: sed quod ego tantus Imperator fortitudine victus sum à femina. Victum se putabat, quod illa prior spontanea mors gloriæ occupasset. Plutar. in Antonio.

PERTINAX Imp. conspicatus milites prætorianos in se irruere. Me inquit milites, si occiditis, neque ipsi rem magnam facitis neque mihi fane gravem homini hujus ætatis, & gloriæ, cum humana vita finis aliquid sit necessarius. Non ignoravit Imperator, semel esse moriendum: & sic non reſerit, quo mortis genere ultimam vitæ diem claudamus. Herod. lib. 2.

Idem cum intellexisset tumultuari quosdam ob interfectum Commodum Imperatorem, dixisse fertur: Si doleas Commodi mortem, nihil profectò non fuit, quandoquidem homo natus fuerat. Ibid.

ANDRONICUS COMENIUS ab Isaac Angelo Imperio everfus, atque innumera ab infana plebe mala perpeſsus, tandem pedibus suæ alligatis suspensus, generoso animo illata opprobria tolerabat, ac necre integra ad confluentem turbam, & ferocientem conversus, hæc dixit, Domine, miserere mei: & quid calanum contritum inſingitis? Nicetas lib. 2.

IGNATIUS Martyr ad bestias damnatus, cum jam ad supplicium duceretur. Non curo, inquit, qui supplicii genere moriar. Frumentum autem Dei cum sim, bestiarum dentibus comminui, atque subigi delector, ut panis fiam mundus Christo, qui mihi panis est vitæ. H. Euseb. lib. 3. cap. 30.

Quidam, cum patris mors ei significaretur, respondit: Desine loqui blasphemias. Nam pater meus immortalis est. Socrates Hist. Eccle.

ALPHONSUS Aragonum, & Sicilia Rex, cum familiares, quos ipse alumnos suos appellaret, videret infirmos, & agrotantes pro more audiens Gabrielem Surrentinum sua visum, & splendidissimum adolescentem agrotare ad mortem, hominem accessit, quem cum à mortis tiro aspectu abhorre intellexisset: Non est, inquit, cur tantopere mortem timeas, cum hæc bene, purèque morientibus sit vita, atque ejus vitæ principium, quæ neque doloribus, neque metu, neque invidia, neque ærumnis ullis subiecta est, &c. Ant. Panormis. de reb. gest. Alphonf. in Xen. Sely. de dicitur ejus.

SOCRATES dicere solebat, mor tem esse similem profundo somno, aut diutina peregrinationi. Somnus profundior adimit omnem sensum, & animus a corpore digressus aliquando in suum domicilium rediturus est. Erasmi, in lib. 3. Apoph.

DIOGENES lethali somno experrectus cum esset, ac medicus interrogaret, quidnam ageret: recte inquit, habeo. Nam frater fratrem amplectitur, alludens ad Homerum, qui aduvs, & d'vov germanos finxit. Laert. lib. 6.

GORGAS jam vicinus morti, viribus deficiens sensum in somnum delapsus jacebat. Et si quis ipsum ex familiaribus interrogaret quid ageret, respondebat: Jam somnus incipit me fratri suo tradere. Stob.

SOCRATES Critonem orabat ne praeceptorem defunctum deploraret. Maledictum enim non solum in hoc ipso delinquere, sed etiam animis non nihil hoc officere. Xenoph.

POLYENUS non dolendum esse propter mortuos dicebat, quandoquidem melius sit mori, quam miserè vivere. Max. serm. 35.

CYRTAS cum Acrotatus nepos in puerorum pugna plagis fere exanimatus esset, plorantibus aliis: Tacebitis, inquit, factio enim ostendit, cujus sanguinis esset. Alludit autem ad Lacedaemoniorum fortunam, qui mortem contentantes omnibus vitae periculis sese obiciebant. Plutarchus.

Eidem cum e Creta nuncius esset allatus de morte Acrotati: Cum ad hostes, inquit, proficisceretur, nonne futurum erat, ut aut ipse moreretur, aut illos occideret: jucundius autem est audire, quod mortuus est, ut & ipso, & civitate & progenitoribus, dignum erat, quam si iners, & imbecillus per omne eum viveret. Solent a viâ tenerius, & impotentius amare nepotes suos, quam ipsae matres. Et ubi nunc sunt, quae in morte liberorum confugiunt ad laqueum: cum Gyrtias nepotem, & seminem lugeri reuerit, nec eundem stendum putari, quod fortiter pugnantem interfisset. Plut. ibid.

Quadam sepeliebat filium, ad eam cum vilis ancilla accessisset, dicens: Heu fortunam o mulier illa subiecit, per Geminum (inquit) bonam equidem arbitror. Si quidem cuius gratia filium peperit, videlicet, ut pro Sparta moreretur, id mihi contigit. Fortissima mulier, ancillae deplorationem vertit in gratulationem. Cic. Tusc. quaest. lib. 1. in Lac. Epoph.

CUM PUBLIUS Crassi filius fortissimè in bello occidisset, hostes caput juvenis haerè impostum gestantes, Romanis magno cum contemptu ostenderunt. Quo tam tristi spectaculo nil commotus Crassus patet, qui belli dux erat, ait: Hic meus privatus dolor est, mea haec calamitas: ceterum publica civitatis salus, & gloria in vestra incolumitate sita est. Plut. in Cras.

PAULINA uxor Senecae, cum mariti mortem jam imminentem adeo graviter ferret, Seneca, cave, ait, hanc meam mortem amplius ut contumeliosam desinas, ne vel te minis amasse, vel gloriae meae invidiosè videaris. Ex vita Senecae.

ANTIGONUS. Cum renuntiandum esset, filium Alcyonem in acie cecidisse, demisso vultu paullisper apud se cogitavit, mox erupit in hanc vocem: O Alcyonè! ferus quam oportuit vitam morte commutasti, qui cum audacter in hostes insilieris neque tuus salutis, neque meorum monitorum ullam habens rationem. Putavit non esse defendendum qui sua culpa petisset, sibi quae calamitatem accessisset. Ex Plut.

GALEUS Imp. cum patrem Valerium audisset extinctum vocem laudatissimam sine laude usurpavit, dicens: Sciebam, patrem meum esse mortalem. Trebell. Pollio.

ANAXAGORAS, cum in exilio agenti nuntiata esset mors filiorum Sciebam, inquit, me genuisse mortales. Laert. lib. 2. cap. 2. Cic. lib. 3. Tusc. quaest. Elian. lib. 3. de Var. Hist.

CHILON verbatè de mortuis male loqui, quod ignavum videretur, eos incesse linguas, qui respondere non possunt: ac turpe esse, cum umbrae, ac laevis iustitiae. Nam id est, quodam modo sepulchrum redodere. Laert. lib. 1. cap. 4.

ELIANUS sophista scripsit in Gymnadem tyrannum. Hunc cum Philostratus Lemnius offendisset lugentem indignabundo, & conitato similem, percontatus est, quid argumenti esset praemanibus: Scribo, inquit, Gymnidis accusationem. Laudarem, inquit Philostratus, si viuentes accusasses. Id enim erat viro dignum, nam lacerare defunctum, cuius in promptu est. Erasmi, lib. 1. Apoph. cap. 16.

AGELIUS cum Lylandri literas, & orationem de novandis rebus, deque mutando Republicae statu, coram exercitu legere vellet, Lylandrum defunctum esse audire, noluit defundi, aperire improbitatem multibus inde eorum esse putans,

simulatem exercere cum sepulto. Plutar. in Lacon. Apoph. EPAMINONDAS dicere solebat, pulcherrimum esse genus mortis in bello mori: quod haec mors primum cum laude fortitudinis conjuncta sit, modo bellum geratur pro patria: deinde brevis non dicitur crucians hominem, aut paulatim exabaficiens. Plut. in Apoph.

Idem, cum graviter, ac ad mortem usque in clade cruentissima vulneratus esset, prostratus humi, interrogavit milites, an clypeus suus adhuc salvus esset? ut audivit saluum, rogavit praeterea, an hostes devicti essent? cum & hoc audisset, Nunc finis, inquit, vitae meae: sed melius, & alacritus inicitium advencit. Nunc Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Valer. Max.

\* A MORIENTIBUS COMMENDATA, EORUMQUE DICTA, ET MONITA. EX S. SCRIPTURA.

JOSUE jam moriturus post, res maximas gestas, & populum Dei in terram sanctam introductum, Israelitas omnes in Sichem convocavit, ut ibi beneficia in eo commemorarent, serviturne essent Deo post suum obitum, nec ne, severè interrogavit. Illi vero constantè affirmantibus, Josue eo die fœdus cum populo ferit, eisque inscripta, & iura Sichem proposuit: cumque ea verba libro legis divinae inscripserit, factum ingens ibidem sub adversis Israelitis, nec datam Deo suo fidem fallerent.

DAVID summa sanctitatis Rex vehementer optans, ut filius Salomon vestigiis patris insisteret, non regni tantum, sed etiam pietatis, ac virtutis esset haeres, & Deo proprio imperium ejus novis accessionibus cresceret, sic illum moriens allocutus est: Ego ingrediar viam universae terreae, confortare, & esto vir: & observa, ut custodias mandata Domini Deitui, &c.

TODIAS cum & ipse se iam discessurum speraret, sic docuit filium, ut in illo uno omnes docuisset videtur. Deum, inquit, cole, parentes revere, elemosinas da, a viis abstinere, es alienum libenter dissolve, nemini fac quod factum nolisti. Sapientium nitere consilis. Benedic Deo semper, & ab eo dirigi pete. Ista quidem plenus in eo libro, qui Tobias inscribitur, recensentur. Sed nos pro tempore breviter perscrutimur, ut vel hinc ceteri patres discant, talium potius institutionum, quam multarum opum, filios suos relinquere haeredes cap. 4.

Videndum quoque, ut deficienti animæ succurrat propiti reatus dolor, & culpam prius abluit stetit, quam flamma exarat. Ezechias Rex morbo correptus, cum mortis suae nuntium accepisset, oravit, & flevit, divinae miserationum additi fuerit eius quinquiescens anni, dicente Domino. Audivi orationem tuam, & vidi lachrymam tuam, & ecce sanavi te. Die tercia ascendit templum Domini, & addam diebus tuis quinquiescens annos. Ex quo instruitur, tunc maxime precibus, & penitentiae merore nobis opus esse, cum mortis instet dies, ut plenior venia peccatorum impetrata, addantur nobis vitae anni, non quandoque finiendi, sed anni aeternitatis. 4. Reg. 20.

Et ne corporis nostri mox dissolvendi nos conturbet conditio, Enoch, & Eliam non mortuos, sed translatos fuisse, Scripturae testimonio probatur. Uterque autem ambulasse cum Deo dicitur. Ita & nos quidem, si cum Deo ambulares, hoc est, mandata ejus observantes, mors occupaverit, transierit in anima prius, postea & in corpore, non quo illi dolcamus, H sunt, sed quo ascendit Christus. Nihil igitur dolcamus, cum carnem nostram nunc corruptam, redigere in pulverem, cum rursum quandoque reparanda sit in incorruptum, & in gloria, si modo usque in finem fuerimus fideles. 4. Reg. 2.

In sepulchro illo, ubi positus fuerat Elishus Propheta, projectum hominis cadaver itatum revixit, & nos Dei viventes voce, & Archangelus iustu, & novissima tuba evocati, non reviviscemus? Hinc etiam liquet, Sanctoorum reliquias reverentè esse habendas, quandoquidem tanta vis eis inest, ut factu ipsarum etiam interdum mortui ad vitam suscitentur. Hinc haec de veteri Instrumento, novi quoque exempla inspicimus. 4. Reg. 13.

Omnis virtutis fons, atque origo Dominus noster Jesus Christus, ut vivendo, quo modo vivere, ita moriendo, quo modo mori debeamus, nos erudiat. Mortuus est pro salute nostra, ut nec nos pro salute proximorum mori recusemus. Pro inimicis oravit, ut nos dimittamus, si quid habemus

onus adversus alterum. Animam Patri commendavit, ne nos quoque discendentem animam Deo commendare praetermittamus, quo illam acceptimus. In alio monumento condidit voluit, ne confundamur, si non haberimus propriam sepulturam. Quocumque loco humati fuerimus, Domini est terra, & plenitudo ejus. Syndrome munda involutus est, & aromatibus delibutus, ut offenseret, eos felicitè hinc discedere, qui puritatem cordis, & odoramenta virtutum secum ferrent. Die tercia resurrexerunt, & caelum ascendit, ut fides faceret, nos quoque resurreduros, caelum ascensuros, si tales in fine inveniemur, quales esse debere suo monstravit exemplo. B. Stephanus Protomartyr, jam jam moriturus dicebat, videre se caelos apertos, & Jesum stantem à dextris virtutis Dei. Item optabat succipi spiritum suum, & pro lapidantibus orare. Act. cap. 7.

Et Apostoli quidem, omnesque reliqui Martyres pro justitia, pro veritate, pro Christo morientes, praestantissimum id esse Mortis genus testantur, quod ipsi passi sunt. Sed non omnibus hoc contigit, omnibus tamen ea mens esse debet, ut si fors ita ferret, libenter & ipse sustinerent. Cuius animus, vel tunc cum è vita egreditur, fuerit, proculdubio Martyris ipsorum coronae particeps erit. Corda enim perpendit Dominus magis quam facta. Dic ergo cum Paulo, non solum alligari, sed & mori in Jerusalem paratus sum propter nomen Domini Jesu. Certe talis in moriente charitas elevabit doloris, angustiaeque sensum, & hominem alterius vitae desiderio accendens faciet exclamare. Cupio dissolvi, & esse cum Christo.

HISTORICA.

De Paulo Primo Eremita, Hilarione, Antonino Aegyptio, Donato, Francisco, Hieronymo, & Ambrosio. Vide infra Tit. Mors religiosa Christianorum.

ANTONIUS Eremita cum diem, quae de terra recessurus erat, multo ante praedixisset, eadem defunctus est. Sed dum adhuc aeger spiraret, Monachus vitae monita dedit: Insperare injunxit, ut cum se humiliter, curenter, ne qua ibi humationis vestigia apparerent, & locum nemini unquam indicarent, ne ab hominibus honoraretur, volens & in morte humilitatem servare, quam apprime in vita coluerat. In vit. PP. Vide aliud de eodem exemplum infra.

ONOPHRO in vastissima Aegypti solitudine moranti, & nulli hominum cognito, & consumptis alimentis nudo, cum jam vita excessurus esset, conegit Panutium Abbatem videre, à quo interrogatus, nomen, vitamque exposuit, & ipsum à Deo sibi destinatum, à quo postera die sepeliendus esset, dixit. Cum ergo animam (ut praedixerat) exhalasset, vidit eam Panutius ab Angelis in caelum tolli. Cujus corpus, pusillum suavissimo odore divinitus perfusum sepelire volens, instrumentum, quo terram cavaret, non habuit. Et ecce accurrunt duo leones, telluremque ungibus scalpentes, fossam hominis capaxem fecere. Sicque episcopio pallio suo involutus, atque ibi depositum, humo, cumque beatae egererant, operuit. Eo vix sepulto, cella corruit, & palma, quae juxta illam stabat, radicibus evulsa procurrat, quasi indignantes aliorum usui servire, quae tam exactè sanctitatis viro servissent. Cujus ergo tam magica in terris mors fuit, quam gloriosa vita est in caelo? Ibid.

BENEDICTUS Abbas diem suum postremum praecognovit, & quibus hoc indicaverat, ne cui antequam evenisset dicerent, injunxit. Sexto autem die ante eventum aperit tumulum iustum, & febricitare cepit. Deinde ingravescente morbo in oratorium delatus: sublatiis manibus Deo se commendans, inter discipulorum manus expiravit ea ipsa, qua praedixerat, die. Quidam in visu viderunt viam in sublimi tendentem, panno stratam, multisque lampadibus quasi per quam ad caelum ascendere, paratam. Qualis, quae gloria illa ad quam fruentem pergebat, si talis via, quam calcabat? Greg. Dial. lib. 2. cap. 37.

ODILONI Cluniacensi Abbati cum aegrotaret, diabolus tetra, horribilique forma afflicte se ferunt, sed mox ab eo contemptum, confusumque discessisse. Ille ergo, fugato adversario, confidentius finem suum expectavit. Quem enim terere diabolum non potuit, ei ne mors quidem timori fuit. Hugo Cluniacensis.

STEPHANUM quoque Abbatem sanctimoniam singularis virum, si qui ad aegrotantem conveniant, praetimore fugientes relinquere, pars Angelos ad eum intrantes viderant, pars nihil viderant, & omnes unum, idemque occupavit pavore. Cum L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

sedaro timore rediissent, defunctum invenere, quem vivum adhuc dimiserant. Quam putas gloriosi Angelorum caecus hominis animam exepere, cum eorum adventum illi certus, qui non viderant, sustinere nequiverint? Greg. Dial. lib. 4. cap. 19.

ANTONIO Monacho, qui Romae in Gregoriano Monasterio vitam piam, sanctèque debebat, die quadam dixit est: Paratus esto, & quia Dominus jubet, migra. Qui cum sibi viaticum ad migrandum deesse respondisset, audivit, si de peccatis ambigeret, jam dimissa esse sciret. Mulcum tamen ille haec de re dubitare cepit, & sequenti nocte cum se sopori dedisset, eodem oraculo sollicitus dubitare desit. Exinde die quinto febris repentino aeternum ardore, animam reddidit exactori ejus Deo, tam feliciter, quam libenter. Equis enim adeo mortis pavus est, ut in vicium hinc cessasset, dum sic evocaretur? Ibid. cap. 47.

MERULO ejusdem Monasterii Monacho, egregia morum sanctitudine praedito, in quiete visum est, coronam candidissimis floribus contextam è caelo labi, ac super caput suum sibi. Post hæc adversa valetudine agitur, cum magna animi alacritate die obiit extremum. Anno deinde decimoquarto Petri Abbatis iustu aperto ejus sepulchro, incredibilis odoris inde suavitatis exhalavit. Quae ex re illud, quod per somnium videtur, verum fuisse cognitum est. Qui tam feliciter mori cupit, debet, sicut ille vixit & ipse vivere. Non potest ejus mors mala esse, cujus vita bona fuit.

Nurtiae Presbyter Ursinus. Vide infra. Exempla visionum Morientium.

B. MARTINUS Turonensis Episcopus, obitum suum multo ante praedixit, quo jam proximo, mala valetudine graviter affici cepit. Tunc discipulis stentibus: nec mori, inquit, timeo, quia pii Domini servus sum, nec vivere recuso, si vobis adhuc necessarius sum. Linguens autem, & morbo tantum non consumptus, cubabat in cilicio, & cinere, neque alio in statu Christianum mori oportere ajebat. Sublati in caelum manibus indefinenter precabatur. Diabolum vidit, sed cum expirasset, cum Angelis abiit, quorum cantus in sublime volantium quidam sentire meruerunt. Tam ergo gloriose ad immortalitatem ascendit, quam humiliter mortalitatem finivit. Sever. Sulp. circa finem.

CORDERIUS (ut Beda scribit) primo Monachus, deinde Episcopus, obitum suum in proximo futurum, sibi divinitus praenunciatum, Heberto Presbytero, quem charissimum habebat, indicavit. Et ille ne in morte quidem amicum deserere cupiens, obsecrare cepit, ut se quoque in re comitem assumeret. Tunc Episcopus Deum aliquandiu precatus, Herberto, inquit, Dominus nos ter voti tui comitem fecit, & proinde praeparata te, mecum nunc discessurus. Itaque anno post, quamvis locorum intervallo divisi manerent, cum die, qua praedictum erat, discessissent, junctis tamen spiritibus caelum simul petiere. Grandis caritas, commori amico desiderantis: sed major felicitas, quod desideraverat impetravit. Beda Hist. lib. 4. c. 29.

Libertatem quoque, qui Alcinus genitus, Tarvisini sepultus honoratur, orasse perhibent vitae hujus finem, & se exaudiri Angelo nunciante didicisse. Post hæc vicinas invisisse Ecclesias, & in ea, quae Sancti Laurentii est, Deo animam reddidisse. Quid misera mortalitas longioris aetatis annos expetis? Tædet Sanctos diu vivere, dum ad vitam, qui Deo est, proficisci festinant.

Venerabilis Beda Presbyter Domino revelante praecognovit, dietandem quinquagesimo se à corporis vinculis exolvendum. Itaque festo Dominicae Ascensionis, dum in Ecclesia cum ceteris vespere celebraret, nulla agritudine affectus, atque etiam stans in hemicyclo, cubitèque immixtus, finit vespere spiravit, mirabilisque odoris fragrantia subsecuta est, ut plane quo die in caelum Christus ascenderat, eodem & servum Christi, relicto in terra corpore, ascendisse nemo dubitaret.

CASSIUS quoque Narniensis Episcopus, per visum cuiusdam Presbyteri accepit, se natalitio Petri, & Pauli Apostolorum die, de terris migraturum, & anno tandem septimo, die, quo praedictum fuerat, cum Missale Sacrificium peragesset, mortuus est, atque inde vivere nunquam moriturus cepit. Nosse autem mortis tempus meruit, quia omni tempore mori paratus fuit, quotidie & Deo sacram offerens hostiam, & multam pauperibus elemosynam. Greg. Dialog. lib. 4. cap. 56.

Paulini etiam Nolani Episcopi ut vita, ita vitae exitus mirabilis fuit. Cubiculum in quo aeger jacebat, ipso expirante, intremuit, & eos qui aderant, repentino pavore obstupescere. Rr 3 Si

Si viri sanctitatem consideres, idem in morte eius concusum A pavimentum dices, ut beatorum spirituum multitudinem ad suscipiendum defuncti animam eo convenisse testaretur. Dignus quippe tali tunc comitatu fuit, qui dum viveret, omnia que habere poterat, indigentibus dabat, & cum res defecissent, seipsum dedit, vicaria servitute redimens viduam filium. Merito nunc cum Angelis gaudet, qui sic homines dilexit. *Ibid. lib. 3. c. 1.*

GERMANUS Parisiensis Episcopus supra lectulum suum inscripserat, Kal. Junias. Nemo inscriptionis causam nosse potuit, donec eodem, qui notatus fuerat, die ipsum vita defuncti contigit. Quid hoc est, nisi quia digni sunt die transitu sui non ignorare, qui semper parati sunt transire? *Fortunatus. l. 9. Sur. l. 3.*

Nam & Amator Antiochensis Episcopus, qui etiam in Matrimonio Virginitatem servare potuit, ultimum diem imminere sibi præcivit. Et cum ad Ecclesiam perexisset, sermoneque ad populum habuisset, in folio suo sedens animam efflavit. Quam sub columbæ effigie in sublimem volentem quidam conspexerat, ut eo visu & puritas Virginitatis, & meritum pateficeret sanctitatis. *In vita S. Germani.*

Donatum Presbyterum apud Aureliam Galliarum urbem B ferunt, cum dies dormitionis eius infaretur, nunquam preces intermississe, donec animam exhalaret. De precatio enim misericordiam impetrat, gratiamque conciliat, ut vitæ suus finis illius vitæ initium sit, quæ sine caret. *Hist. Trip. lib. 9. c. 46.*

IVONEM quoque presbyterum tradunt, diem, qua mortem obiturus erat, prædixisse, ac ne eum ægrotaret quidem, con- futa abstinentiæ modum remississe. Postremo Corpori, & Sanguini Domini communicatum, die nocteque intentis in imagine Crucifixi oculis, orando perseverasse, & altero illuc effulcente die spiritum reddidisse. Igitur dum passus Domini supplicia instabat considerat, dum ipsum obsecrare non cessat, resurgens gloriam hora ipsa, qua resurrexisset dicitur, vidit & a dextris Patris sedentem jam sine fine beatus conspexit. *Sur. Tom. 3.*

HOMERONEM Cæmonensis multa sanctitate clarus, dum Missales Ceremonias genibus provolutus, audiret, expiravit. Nemo eum non vivere putabat, donec dum Evangelium legeretur, eodem gestu perseverantem, neque se ut solebat, in pedes erigentem viderent. O felicem viri exitum, ejus beatitudinem locus, tempus, gestus testati sunt. Adde etiam defuncti miracula, eo quod ægroti, & a spiritibus vexati, cum ad tumulum ejus adducti essent, convalescere. *In ipsius Histor.*

ANNO Dom. 358. sanctus ille toro orbe conspicuus Antonius Magnus, 16. Cal. Feb. ex hac vita in cœlum migravit cum jam quintum supra centesimum vixisset annum. Moriturus autem nihil antiquius habuit, quam fidem Catholicam suis præclare testatam relinquere, de cuius fidei custodia eosdem scriptus antea admonerat: hoc enim elogio fidem suis discipulis astantibus quasi nobile depositum commendavit, ita post alia subdens Custodienda est pia fides in Christum, & Patrum religiosa traditio, quasi ex scripturarum lectione, & crebro meæ parvitatibus didicistis admonite. Et post alia: Schismaticorum quoque, & hæreticorum venena vitare, meumque circa eos odium confirmari, quia Christi sunt inimici. Scitis ipsi, quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter eorum pravam voluntatem, & pernam contra Christum bellum. *Baron. tom. 3. Annal. an. Dom. 318. ex Athanas. in vita eius, l. 9. D. Hier. in Chron.*

Patrem Franciscum legitimus nudum le super nudam humum deponi fecisse, cum diem expectaret supremum, fratrum D bñique benedixisse, & Dominico exemplo lingulis bucellam passu dedisse, sumpto demum saluti vitæ, ita decessisse. Sic ergo nudus, si ad terram usque humiliatus, cœlestibus abundavit divitiis, & supra cœlos exaltatus est, illicque ipsi Seraph inseparrabiliter junctus, ejus olim stigmata in corpore suo portabat. *Bonavent. cap. 23.*

Pater Dominicus ultimo vitæ die ne intestatus obiret, hæc se fratribus suis legare dixit, charitatem, humilitatem, voluntariam pauperitatem. O beatum virum, cui cum hinc decederet, nihil habuit quod suis reliqueret præter exempla virtutum, quarum qui hæres fuerit, cœlestis quoque regni hæres erit. *Carzo.*

Jam tandem & regibus bene moriendi exemplum aliquod proponamus, quando ne illos quidem immodice opes, ditæque regna a morte redimunt, sed potius ad mortem, dum ab aliis concupiscuntur, impellunt. Quintus Ludovicus Gallorum Rex, cum ingentibus copiis ad recuperandam Jerosolymam profectus, partemque jam regionis illius occupata, febri morbo interceptus esset, nequirit præstare, quod promiserat. Dum au-

tem ægrotaret, non in feris, sed in cinere jacere voluit, & A extendis ad instar Crucifixi manibus animam efflavit. Sic humilitatis regnum deseruit terrenum, & cum Christo regnare cepit in cœlo. Sic devotus dum infirmam Jerusalem caedens nititur, possessidit supernam. Sic denique magnanimus caduca contentem, ad illa, quæ æterna sunt, perpetuo fructu ascendit. *Judic. Clidæu.*

Extremo quoque supplicio, Religiosis ergo adjuvicium Dionysius, illud fortiter amplexus est; & adstantium proba despiciens, Ultimam inquebat, verbum Domini me! Ipsi in cruce, sit ultimum mihi in hac luce: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. *Stegenus in Choro Beyerlinck in Apoph. Christi.*

Quid verò S. Bernardus? Non ita dicit mortem vocatis fratribus, ut eos extremum salutaret, dicebat: Tria vobis im- B tandam propono, & relinquo, quæ ego quantum potui, servavi. Minus sensui meo, quam alterius credidi: Ius lantum de ladente vindictam non exoptavi: nemini scandalo esse volui; & ubi esse me scivi, emendavi. *Aut. vitæ.*

Dum S. Martinus morbo nimia feritatis, ac duratione oppressus rogaretur, corpusculum literis mutatione relevaret; & Sinite, inquit, finite, fratres, cœlum me potius aspiciere quam terram, ut suo jam itinere iterum ad Dominum spiritus dirigatur. Hæc effatus, vidit demonem proventus adstantem, eumque compellens. Quid hic, ait, ad fastas cruciata bestia? nihil in me funestum reperies: Abraham me sinus excipiet, & eaque voce fatigatum divinis operibus spiritum Deo reddidit. *Sulpit. Alois. in vita Beyerlinck supra.*

CONSTANTINUM Imperatorem moriens, Trium, inquit, me pen- nitent, cadis propinquorum, collati in Julianum Imperatoris tituli, & mutata Religiosis, decesserat namque ad Arianos. *Ex Zonar. tom. 3. Annal. Beyerlinck supra.*

LOTHARIUM Franc. Regem etiam audiimus. Jam penè animam agebat, & Hem! inquebat, quam magnus ac potens est Rex ille cœlestis, qui regresso tereno lenta morte a solo deturbat. *Corrozet. de Diss. Fæd. memor. Adam.*

FREDERICUS Dux Saxonie moriturus, se pie SS. Euchariis, & sanctarum precum vitæ munivit. Cumque quidam eum solaretur, & ad fortiter ferendum, quod jam & Ducatu, & vita excederet, incitaret: illud Patriarchæ respondit Dominus dedit, Dominus abillud: sit nomen Domini benedictum. *In Orat. funebri de eadem post mortem habita.*

CONSTANS Imp. Constantini magni pater, benedixit & etate consecutus Christianorum sacra pie colens, & prope diem testamento jam condito moriturus, ad se Commodum filium Nicomedia ad Gallias evocaverat, quo majore etiam animi voluptate, & lætitia advenientem cum exceptit. Asturgens igitur in lecto, alius abdicatis, cum ipsi liberis, Senatibus populisque universis, & adveniens quoque permultis adessent, insignia Imperatoris, & coronam auream Constantino impostis, prægonis manus ipse pater in filio adimplet. Hæc enim ad Senatium & filium ipsum eff loquutus. Nunc mihi mors vitæ ipsa dulcior est futura: nunc optatus adest obitus. Teneo liquidem maximum Epitaphium, sepulchra legum monumentum meum filium. Et quod in terris Imperatorem relinquo, qui Deo bene juven- te Christianorum lacrymas absterurus, & paratam ab impiis tyrannis crudelitatem vindicatorus est: id ego summæ mihi felicitatis loco esse duco. Deinde ad multitudinem con- versus, bono animo omnes effe jussit, qui à vera in Christum pietate non desivissent, quem deinceps cum Constantino in armis fore dicebat. *Niceph. Call. lib. 7. Hist. Eccl. 19. Euseb. lib. 8. cap. 26. l. 9. Baron. tom. 2. an. 306. 14.*

THEODOSIUS Imp. qui multis laboribus, & periculis medioem efficit tranquillitatis statum, tam in Ecclesia ad hæreticorum turbulentiæ aëtionibus, quam ab hostium insidiosis, ac perfidis inquisitionibus, cupiens eam felicitatem ad posteri- tatem transmitti, filios suos Arcadium, & Honorium accer- sios jam moriturus ardentiore affectu, & oratione magis seria cohortatur, per salutam ipsorum, & Republicæ obrestans, ut sua vestigia insequentibus hoc sibi unice curæ esse vellent, quò fidei, & pietatis doctrina pura, & incorrupta conservaretur, & ad posteros propagaretur; in eo conando nullis laboribus, ac sumptibus parcerent; nam in hoc uno, & solo omni- nis felicitatis summam vere esse positam. Hacque ratione unica, nec ulla alia, recte firmari pacem, confici bella, erigi trophaea, & parari victorias. *Theod. lib. 5. Hist. Eccl. cap. 25. Niceph. lib. 3. c. 1. Hist.*

Robertus Gaguinus lib. de gestis Francæ testis est, in Archivis Caroli V. Regis Gallorum repetam effe chartulam præceptori, quæ S. Ludovici Rex filio suo primogenito, dum functum obfideret,

obfideret, distavit & scripsit tamque ex Caroli thesauro rece- A ptam Girardum de Montaguo Regium scribam Carolo exhibuisse anno saluti 1364. Inter ea verò præcepta, & hæc habentur. Filii mi, ante omnia diligenter in eam curam incumbite, ut diligas Deum in omni enim potest salvus esse, nisi Deum amet. Cave, ne unquam admittas peccatum mortiferum, sed omnia potius ferre velis generæ tormentorum, quam aliquam talem perpetrare culpam. Crebro confitearis peccata tua, deligatque tibi sapientes Confessarios, qui te possint institue- re, & docere, quid agere, quid vitare te oporteat, & coram il- lita te corpare, ut audeant te sincerè reprehendere, & vitia tua indicare tibi. Parentibus tuis debet amore, reverentiam & obedientiam. Semper sis adictus, & devotus Romanæ Eccl. e, & ejus Pontifici haud secus, acque spirituali patri te morigerum præbeas. *Robert. Gaguin. lib. 7. biff. Fr. apud Sur. 25. Aug. cap. 22.*

Testamentum insigne fuit Erici V. Vestgothorum Regis, qui convocatis ad se proceribus suis prædixit se nonum diem è vi- ta mortali transiturum, impetra vitæque ab illis, ut Alarieum fi- lium suum in regni solium collocaret: Ei moriens præcepit, imprimis, ut Deum diligeret; Deo ministris honoraret, sine B consilio procerum fidelium nihil arduum tentaret, subditos amaret, justitiam coleret, elemosinas servaret, omnibus se benignum, & liberalem exhiberet. *Arelate obiit. Jo. Magn. l. 15. biff. cap. ult.*

PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex Religiosis Catholicæ suo tempore studiosissimus, multa etate consecutus, an. Dom. 1600. cum esset è terris in cœlum abiturus post susceptum unctio- nis extreme Sacramentum, filio Philippo adstanti hæc præce- ptiones dedit: Deus tibi magnam gratiam fecerit, sit ad eum gloria apicem, in quo me vides, & ubi omnis virtus mundi gloria stitit, memineris. Tibi commendo scdâ Apostolicæ obedientiam, fi- dei Catholicæ protectionem, & Religiosis Christianis zelam, & Republicæ pacem, & in subditos justitiam. Si Deus hæc consilia firmaverit, suum Regnum non amiserit hoc tegnum, sed solum cum fructu commutaverit. *È vita ejus ejus.*

Intelligit Reginaldus Post. Cardin. ab Eduardo Lebdiens. Antistite, Henricum Angliæ Regem præmium aureorum alio- quot constituisse ei, qui illi necem inferret, miratus Regis C dementiam, dicebat: Jam dudum hujus vitæ tædio affectus, mortem optavi; & cum Henricus Rex tanto eam studio effi- cere contendit, nihil aliud facit, quam se eunti dicitur, ve- fumentum subtrahere conetur. Non potest enim (ut cum August. loquar) malè mori, qui bene vixerit: & vix bene mori, qui male vixit. *Ex N. Sand. l. 1. de Schif. Angl. Beyer- linck sup.*

Nullum finem inveniret narratio, si omnia hunc in locum congesto, quæ passim suis historiis inferunt Ecclesiastici scriptores. Velatitque contra, & ad Alphonsum pergo: qui dum intellexisset quendam ex alumnis suis infirmari, cum adiret, & à mortis diru aspectu abhorrentem, his ver- bis solabatur: Non est adolefcens, cur mortem tantoperè ti- meas: cum hæc bene morientibus sit vita, atque ejus princi- pium, quæ neque doloribus, neque metu, neque invide- arumnis subiecta est. *Ex Panorm. l. 2. c. 5. de d. Fæd. Alph. Item ibidem.*

Non parvam apud posteros laudem se relictuos arbitratu sunt Principes quidam viri; si eum non optenda tandem sit, eam cum gloria oppeterent, quibus etiam pulchrum mori fuocurrir in armis. Carolus IX. cetero Franc. Rex circumven- tus à seditioso Huguenotorum rebellium equitatu, ad legio- nem auxiliarium Helvetiorum conversus, inter cætera vo- cem illam edidit: Malim mori Rex, quam vivere captivus. *Ex Annal. Franc. Item ibidem.*

Non minus generosè Ludovicus Ludovici Fran. R. Filius, erat, & viribus, & armis robustus, cum eos qui Patri optimo rebelles exiterant, bello vindice læcesseret, quæ tempestæ crebris diuise commocentibus: Pulchris mori juvenem cru- delitate insecta, & ob bonum finem, quam cum dedecore vi- tam protrahere. *Ex Corrozet. de Diss. Fæd. memor. Adam.*

Jam sicut viri à viris, ita femina à feminis mori dicant, ut vix nunquam moritura præmia & ipse consequi possint. De Maria Magdalena. *Maria, & Maria Aegyptiaca, & vide infra Mors religioſa Christianorum.*

AMATE in Thebaidis Monasterio Abbatissa Colonatus Martyr æquum dicitur, & ut proximo Dominico die ad Ecclesiam sancti cornuati veniret eam invasit. Ipsa igitur, quæ etiam per annos quadraginta limen monasterii transgressa

nunquam fuerat, tunc primùm ut Martyri morem gereret, exiit, & cœnulam, quam secum tulerat, in Ecclesia ejus pre- A git. Inde reversa, sororibus propediem ex hac vita se migra- turam, prædixit. Ac post biduum nulla corporis infirmitate læcessit, ubi se veluti sepeliendam composuisset, exparavit. Omni melle dulcior cœna, Mannaque suavior, cui cœlestis convivii nunquam defutura dapes tam felicitè succedere. *Ruff. in vitis PP.*

SALABERGA quoque apud Lugundum Abbatissa, cum diem clausura esset extremum, jucundissima visione, ne mortem timeret, roboratur. Vidit enim se ad locum immensi fulgoris adductam, & in eo pratum multiplici florum pictura deco- ratum; mirabilique odorum suavitate fragrans, & id sibi præparatum audivit. Dormienti quoque zona, quæ cingebatur, soluta, nec usquam comparens, ipsam à corpore sol- vendam, portendit. Nam & vox audita est, quæ diceret, die tandem centesima hoc eventurum. Dehinc sancta, & pruden- tis femina, ut veniens Dominus vigilantem inveniret, Psalmos legere non cessavit; nisi cum etiam vivere cessasset, ea quidem visione confidentior facta, sed non & legior. Neque enim tale quid apparet; ut certiore præmii expecta- tione pie operationis ardor in nobis languescat, sed ut accen- B datur. *Apud Sur.*

GALLA Christo dicata, in Monasterio, quod apud adem Pe- tri Apostoli Romæ situm erat, dum cancri morbum in mam- millam patiens jaceret, duo candelabra ante lectulum ejus ex Monastico fortasse instituto accensa, per noctem luce- bant, inter illa medius idem Apostolus ipsi apparuit, cuius repentino conspectu læta magis, quam perterrita, interro- gavit, essent ne delicta sua sibi dimissa? & cum dimissa esse accepisset, ab eodem evocata, ut jam ex vita ad meliorem migretet: Rogo, inquit, ut soror Benedicte mecum veniat, & responsum accepit, alteram nunc secum ventu- ram: Benedictam autem die postea trigesimo ipsam secutu- ram. Abiit visio, atque illa exiit ad se sororibus, quod vi- derat, enarravit. In die tertio cum illa, quam Apostolus prædixerat, simul oppetiit. Die deinde trigesimo Benedic- ta quoque moriens, oraculum implevit. O verè omnes benedictæ, quæ sic evocantur, ut nullius culpa conscien- tia eas tertere possit. *Greg. Dialog. lib. 4. cap. 13.*

In eadem urbe Romula Redemptæ Religioſe femine di- scipula Christo fideliter servabat. Sed dum debilitatis G paralyti membris langueret, Redemptaque & altera discipu- la jacenti aliderent, subita lux in cubiculo resullit, & affi- dentium oculos pariter, mentemque perstrinxit. Mox etiam intransit turbæ strepitum audierunt, sed neminem viderunt. Excessit lumen, & secuta est odoris gratia suavitas, quæ pavorem quoque ex luce illa, tumuloque conceptum leniret. Sed hæc Romula ipsa, Nolite timere, inquit, non morior modò. Postea verò die quarto, cum sacram Communionem accepisset, pro foribus cellulæ ejus psallentium chori audit, & illa corporis vinculis expedita, cum eidem cœlum petit. Quis dicere queat, quam illi jucunda mors erat, quæ mori- endo supernæ felicitatis tantam præglabat dulcedinem? *Ibid. cap. 15.*

TRASILLA Beati Doctoris, ac Pontificis Gregorii amita. *Vide infra à Mors generis, l. 9.*

Musa tenella adhuc, & nondum adulta ætatis virgo, Virginem Deiparam cum multarum Virginum glorioso comitatu ad se venisse conspexit, & admonita est, ne quid ultra puellari more leviter, sive inconsiderate ageret, die tri- gesimo inter ipsas, quas videbat Virgines, ab eadem accli Regina feliciter admittenda. In his vitam mutavit, & quinto- que & vigesimo die in febrim incidit, trigesimo vero ean- H dem Beatam Virginem cernens, dicere cepit: Veni, Do- mina mea, veni, & in hæc verba de corporis carcere exiit. Quomodo hanc ullam mortis molestiam sensit? reat, quæ se non mori, sed venire dixit: Aut quare non felicissimam putem, quæ de seculi hujus miseria in consortium Dei Genitricis Mariæ recepta, gaudiis præfari cepit æternis? *Ibid. cap. 17.*

Vide Tit. pretiosa Piorum morte, nulli sub- jecti. Oratio ab ipsius Emigrantis, & de eadem ibidem.

CHRISTUS Dominus Salvator noster pendens in Crucè animam Patri reddidit sic oravit: Eloi, Eloi, lamna- sabathani? quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et clamans voce magna Jesus ait: Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum. *Mate. 15. Luc. 23.*